Fallacie errozem.	uere t homies desideriis estuare. Panis em̄ fermētat⁹ sanior est vt cōmuniter q̄ azimus. Et inde est q̄ mulier euā gelica cōmendat. quia fermētum in tribus satis farine pō suisse predicat. sicut dicit Luce.xiij. In hostia etiā pacificorū panes fermētati offerri iubebant. sicut ptz Leuit.vij Panes etiā duo fermētati pro primicijs dño iubebantur offerri. t cum eis septē agni agniculi: t vnus vitul⁹ t vn⁹ aries imolari. Sicut dicit Leuit.xxiij. In quo notatur. q̄ mulier euangelica: id est ecclesia vel anima: cum tribus satis farine. id est cum fide trinitatis: miscere debet fermentum intime charitatis. nec enim hostia pacificorum. id est pax t concordia celebratur: nec deo debite primitie offerūtur: nisi fermentum charitatis adhibeatur. t sibi septem agni: id est septem dona spiritussancti: cum vitulo spiritalis letitie t ariete fortitudinis et audacie adiungantur.

Amos.iiij. Offerte mane victimas vras: tribus diebus decimas vras: ⁊ sacrificate de fermentato. Jstud est igit fermētum charitatis ⁊ amicicie. Insup dico. q̄ inuenit fermētum malignitatis ⁊ inuidie. Dñ em fermētū malicie et inuidie: cor exagitat: ipm ꝓcerto feruere facit ⁊ inflāmat: et oēm in eo puritatē corrūpens ipm in aliena naturam mutat. Jdem etiā dicit de fermento: iracundie. luxurie. hypocrisis ⁊ hereseos seu falsę doctrine. Scriptū est em. j. Cor. v. Oz modicū fermētū totam massam corrūpit. Et ideo ibidem dicit. Expurgate vetus fermētū vt sitis noua cōspersio sicut estis azimi. Jtaq; epulemur nō in fermēto malicie ⁊ nequicie: sed in azimis sinceritatis ⁊ veritatis. Qđ bene figuratur Leuit. ij. vbi ꝓcipitur sic. Dis inqt oblatio q̄ offert dño absq; fermēto fiet. nec q̄cq; fermenti aut mellis adolebit in sacrificio. ⁊ ideo in oīm bono opere qđ deo offerim⁹ seu qđ pro deo facim⁹: a fermēto male intētionis: seu malicie: nequicie: inuidie: hereseos hypocrisis ⁊ fallacie: nec nō a melle adulatricis blandicie abstinere debem⁹ Luc. xij. Attendite a fermēto phariseoz qđ est hypocrisis Ūn Leuit. vj. Comedet aaron cū filijs suis absq; fermento. Et Osee vij. dicit. Quieuit paululū ciuitas a ꝓmixtione fermenti. Et Matb. xvj. dicit. Cauete a fermento phariseoz ⁊ sadduceorum. Exponit dñs ibidē. A fermēto. i. a mala doctrina. Sic igit ptz quō fermētū in bono sumit ⁊ in malo ꝛc.

Ferre. Cū istud ꝟbuz ferre multifarie exponat. videtur q̄ ipm simpliciter oia illa significet q̄ sua cōposita significāt. Et sic ptz q̄ sumit pro portare seu pro referre Gen. vij. Archa ferebat sup aquas. Et Job. ij. Maurite nūc ⁊ ferte architriclino. Jtē sumit pro dare seu conferre. ps. Dñs opem ferat illi sup lectum doloris eius. Jtē sumit pro sustinere seu sufferre Jacobi. v. Ecce agricola expectat fructum pciosum terre patiēter ferēs donec accipiat. Jtē accipit pro dicere seu referre. si accipit fert pro dicit Hester. xiij. Apud nullū feruntur interptum. Et Jud. xix. Ferte sniam ⁊ in cōmune decernite. Jtē accipit pro ꝓducere seu pro ꝓferre. vel etiaz ꝓ adducere seu pro affere Job xv. Oēm palmitē in me nō ferentē fructū: tollet eum. ⁊ oēm qui fert fructū purgabit eū vt fructuz plus afferat. Jtē sumit pro tollere seu ꝓ auferre Thob. j. Jusit eū occidi ⁊ tulit oēm substantiā eius. Jtē sumit pro ꝓlongare seu ꝓ differre Prouer. xxvij. Impetū cōcitati spiritus q̄s poterit ferre: id est differre. Et Sap. xij. dī. Molestę ferebant in q̄bus patiētes indignabant. Jtē sumitur ꝓ imittere seu ꝓ inferre. iiij. Reg. xxiij. Tulit popul⁹ terre ioachaz ⁊ constituerūt eū in regē. Jtē sumit ꝓ arcūagere seu ꝓ proferre. Et sic dī Gen. j. Oz spūs dñi ferebat super aquas. Jtē sumit ꝓ efferre seu ꝓ extrabere. Et sic de naufragātib⁹ dicit Actuū. xxvij. Oz alios iussit natādo euadere: alios aūt in tabulis ferebant. Jgit cū longū esset dicere de ferre ꝑm oia ista signata: hoc solū notabo: q̄ in scriptura inuenit loq̄ndo spūaliter ferre dei: ferre iusti: ⁊ ferre impij Primo igit dico q̄ ferre spectat ad deū. ⁊ sic dico q̄ dē⁹ bz

Vnū ferre qđ est potentie. Nam p potentiā ipe fecit
Vnū ferre qđ est patientie. omnia Esa. xlvj. Ego feci et
Vnū ferre qđ est amicicie. ego feram: ⁊ ego portabo ⁊ saluabo. Per patiētiam hic fert ymmania: qz scz ipse tulit pro nobis tormenta Esa. liij. Vere languores nr̄os ipe tulit: ⁊ dolores nr̄os ipe portauit. Et etiaz cōtinue ipe suffert ⁊ tolerat humana delicta. Per amicicia hic fert vtilia: qz scz ipe fert: profert ⁊ affert nobis multa ꝓficua atq; bona. scz gram in p̄senti: ⁊ gloriam in futuro. ps. Dñs opem ferat illi ꝛc. Jstud est igit vnū ferre diuinū. Dilata si vis de patientia seu de potētia dei. Secūdo dico. q̄ ē vnum ferre qđ spectat ad iustuz. Et sic notare potes q̄ bō fert q̄tū

Ad deū onus būilis subiugatiōis. Ferre dico debz bumiliter dei onera.
Ad mūdū ictus flebilis tribulatiōis. Esa. lij. Mūdabimini qui vasa dñi fertis ꝛc. Quicqd em nobis iniūgit deus: humiliter ferre debem⁹ dicentes illud. iij. Reguz. xvij. Peccaui: recede a me: ⁊ offle qđ imposueris mihi feram. Jtē ferre debz bō patiēter seu stabiliter mūdi ꝟbera. Debet eē homo sicut ille aque de quib⁹ narrat Seneca de naturalib⁹ q̄stionibus que dicta grauia ferre possunt. sicut ē ille lacus pfidis arecusa. sic bō ferre debēt oīa grauia patiēter. Ūn Seneca in Prouer. Libent feras qđ necesse est. Jtē ferre debz bō fertilit bona opa. s. q̄tum ad se Job. xv. Qui manet in me ⁊ ego in eo hic fert fructū multū. Jtē ferre debet bō vtiliter grata mūera. s. q̄tum ad proximū Dan. xiij. Habacuch serue dei fer prandiū in babylone danieli q̄ est in lacu leonum. Et. j. Machab. viij. dicit. Si instituerit bellū romanis: auxiliū feret gens iudeoz. put tēpus ꝓmiserit. Sic igitur ptz q̄ est vnū ferre qđ spectat ad iustum. Potes si vis dilatare quō diuerse arbores diuersos ⁊ varios fruct⁹ ferūt. id est diuersa bona opa ⁊ ꝟtutes. Tercio dico. q̄ est vnū ferre qđ spectat ad impiū. Et istud sūt mala opa. Sūt em alique arbores q̄ fructū venenosum ferūt. ps. Ferāt cō festim confusionē suam q̄ dicūt mihi euge euge. Mali em ferūt fructus ad dyabolū pabulandū ⁊ recreandū Job. xl Hinc mōtes herbas ferāt ꝛc. Vide de portare ⁊ sustinere

Ferire. (vbi magis plene inuenies. et infra de tollere Vide de Percutere.

Ferrum. Nota. q̄ per ferrum generaliter intelligitur duricia. Et ideo quia duricia moralis multiplex est. Hinc est q̄ per ferruz designat quedā

Duricia virtuosa. Duricia ꝟtuosa est firmitas durationis. De qua Deut. xxxij. Ferrum ⁊ es calciamentū eius. Duricia viciosa est imutabilis obstinationis. De qua. iij. Regū xxij. Feat sibi sedechias cornua ferrea. Duricia doloroſa est acerbitas tribulationis. De qua dicitur in Psal. Vinctos in mendicitate ⁊ ferro. Dico igitur q̄ est Ferrum

Stabilitatis. Primū ferrum debem⁹ habere. Sed se
Malignitatis. cūdū debem⁹ cauere. Terciū debemus
Penalitatis. horrere Primo igit est quoddā ferrū firmitatis: constantie ⁊ stabilitatis. q̄ sicut ferrū trabit ab adamante ꝓpter quandā similitudinē quam habēt ad inuicem. Sic de viri fortes ⁊ constantes q̄ non facile corrūpunt: nec ad peccatū inclinant. ab adamāte. id est a cristo tanq; sibi in hoc casu cōsimiles attrahunt ⁊ imitant. et ad celum ⁊ celestia finalit deducunt. Unde Job. xxviij. Ferrum de terra tollit. Tali em ferro. s. fortitudine ⁊ ꝟtute debemus esse armati contra mūdi tribulatiōes: ne facile ab eis superemur. ij. Regum. xxiij. Armabit ferro: ⁊ ligno ⁊ lancea: vt sic de quolibet tali dicat illud Hiere. j. Dedi te in ciuitatē munitam: ⁊ in colūnam ferream: ⁊ murū eneum: ⁊ debellabūt aduersum te ⁊ nō prevalebūt. Jstud est igit ferrum stabilitatis qđ debemus hre. Secūdo dico. q̄ est aliud ferrum qđ debemus cauere. Et istud est ferruz id est obstinationis duricia interi⁹. ⁊ crudelitas seu seuicia exterius. Elephas em habēs ferr̄ in corpe bibit oleuz ⁊ sanatur. Ceru⁹ etiam si ferrū in corpe habuerit: herbam q̄ dicit dyptann⁹ querit: ⁊ ipm comedens ferrū expellit ⁊ periculum euadit. Sic vere charissimi. si ferrū dure desperationis vel dure obstinationis vel crudelitatis in corde habemus: pro deo recurrere debem⁹ ad dyptannū. id est ad verba sacre scripture: ⁊ videre quid ibi contineatur. Ecclesiastici. iij. Cor durum male habebit in nouissimo. Libet etiam ⁊ tibi incorpora oleum diuine misericordie: vel etiam pietatis humane. Et sic proculdubio istud ferrū istam duriciam superabit: ⁊ te a mortī eterne periculo liberabit. Dáptannus em sacre scripture remollit ferrum obstinationis. Oleum diuine misericordie liberat a ferro desperationis. Oleum pietatis ⁊ elemosyne liberat a duricia crudelitatis ⁊ inflāmationis Esaie. xlv. Portas ereas conteraz et vectes ferreos confringā. Possum igitur notare q̄ istud ferrum: ista duricies: ⁊ temporaī ⁊ mollitur aliquādo per scripture meditationem: aliquādo per diuine misericordie considerationē. Sicut de istis duobus posita sunt exempla etiam de ceruo ⁊ elephante. Item p cōtritionis liquefactionem. Per penitētie confricationē. ⁊ p mortis meditationē. Sicut em lima seu sabulū ferrū fricando corrodit ⁊ ipum limat ⁊ polit. Sic vere charissimi quāuis homo sit durus: ferreus ⁊ etiā obstinatus. si cuz igne cōtritionis caleſcat ⁊ resoluat. si arena. i. mortis meditatione fricetur: si etiam lima. i. infernalis pene corrosione p considerationē vrgeatur: vel lima etiam tēporalis tribulatiōis acriter corrodat. sepe fit vt q̄ erat rubigino⁹ us: efficiat clarus. Qui

erat durus ⁊ obstinatus. efficiat̄ mollis tractabilis ⁊ benigius. Quierat mal⁹ efficat̄ bonus. Sicut ẽ dicitur Job xxviij. Ferrū de terra tollit̄. ⁊ auro locus ẽ in quo cōflatur lapis solut⁹ caloꝛe in eꝰ vertit̄. Sed videm⁹ hodie q̄ multi sunt ita duri ⁊ obstinati: q̄ nullo mō possūt ad bonū cōuerti. Quidā ẽ sunt duri ⁊ ferrei p̄ inuerecūdiam ⁊ obstinationē. Quidā p̄ crudelitatē: rapinam ⁊ exactionē. Quidam vo p̄ malā ꝓsuetudinē ⁊ induratā cōtradictionē. De obstinatis dicatur Esaie. xviij. Scio ẽ quia durus es tu: et neruus tuus ferreus ceruix tua ⁊ frons tua erea. Peccatoꝛ enim potest dici ferreus ꝓpter tria. scilicet ꝓpter duriciam obstinationis. rose conditionis. Sicut ẽ Frigiditatem indeuotionis. dicat̄ Eccli. xxij. Arenam ⁊ Ponderositatē sue one. salē ⁊ massam ferrei facili⁹ est portare q̄ vnū stultuꝫ. De crudelibus etiā dicit̄. q̄ ipsi sunt siles illi crudeli bestie. De qua dicit̄ Dañ. vij. Qꝛ habebat dentes ⁊ vngues ferreos: ⁊ deuoꝛabat ⁊ cōminuebat ⁊ reliqua pedib⁹ coculcabat. De induratis etiā ꝓpter malam consuetudinē possumus dicere q̄ ipi sunt sicut statua nabuchodonosoꝛ: cui⁹ tybie erant ferree ⁊ pedū quedā ps lapis tamē dicit̄ de monte cecidisse q̄ totam statuā dicitur cōfregisse. sicut dicit̄ Dañ. ij. Quia ꝛe charissimi q̄ habent pedes. i. finem vite ferreos. i. p̄ malā consuetudinē induratos. subito dum nō aduertūt venit de monte. i. a deo lapis occulte sentētie dei: que ipos p̄ mortē destruit ⁊ cōfundit. qꝫ sicut dicit̄ in psal. Dñs contriuit portas ereas. ⁊ vectes ferreos confregit. Jstud est igit̄ ferꝛuꝫ q̄ debem⁹ cauere.

Tercio dico. q̄ est aliud ferrū q̄ debemus timere. Et ista ẽ duritia pene tam tēpalis q̄ eterne. Sicut ẽ bubal⁹ qui nullo modo domari pōt q̄n capitur: circulo ferreo i naso imisso circūducit̄ per violētiā ⁊ tenet̄. Sic etiam latro ferreis vinculis ne euadat ligat̄. homicida etiā ferro p̄cutitur ⁊ necatur. Sic ꝛe mūdi peccatoꝛes q̄ reuera indomabiles. fures homicide possunt dici. eo q̄ dei legi⁹ nō subij ciūtur. ⁊ q̄ animā suā ꝓpriā p̄ peccatū interficientes deo furant̄. q̄n per mortē capiūtur: circulo ⁊ catbena ferrea. i. duricia mortis eterne inuoluūtur ⁊ violēter aggrauantur Eccli. xxviij. Jugū eius iugū ferreū. Et in Psal. dicit̄. Reges eoꝝ in cōpedib⁹: ⁊ nobiles eoꝝ in manicis ferreis. Aduerte tamē q̄ p̄ ferrū q̄nq̄ intelligit̄ pena tpalis seu rigoꝛ iusticie. qui ꝓculdubio q̄nq̄ necessari⁹ est. qꝫ sicut de psita dicit̄. q̄ caput habet ita durū q̄ ad hoc q̄ loqui doceat̄ est necesse vt caput eius vga ferrea p̄cutiat̄. Sic ꝛe multi sunt ita duri ⁊ ita obstinati q̄ ad nullum bonū possunt instrui vl̄ doceri. nisi virga ferrea. i. duri rigoꝛis ⁊ iusticie vinculo mediante. p̄. Reges eos in virga ferrea ⁊c. Patꝫ igitur. q̄ triplex ẽ ferrea duricia. vicz Virtuosa. Viciosa. ⁊ doloꝛosa. Vide supra de afferre. vbi inuenies auctoꝛitatē diuisam. Et supra de Ere ⁊c.

Fertilitas. Cum multiplex sit fertilitas. s. meritoꝝ seu premioꝝ, terꝛenoꝝ. viciorum. tormentoꝝ. plurima possem⁹ dicere: ꝫ deficiūt auctoritates vocales. Vide igitur de Fructificare. de vbertate. plenitudine ⁊ replere.

Feruoꝛ. feruere. Feruoꝛ idem ẽ quod excessiu⁹ caloꝛ. Vñ ⁊ olla feruere dicitur qui mediante caloꝛe compellit̄ ebulire. Ergo tam in bono q̄ in malo dico. q̄ in scriptura reperitur Feruoꝛ virtuosus: q̄ est caritas ⁊ deuotio. Primo dico Feruoꝛ viciosus: q̄ est cupiditas ⁊ affectio q̄ feruet in Feruoꝛ doloꝛosus: q̄ ẽ aduersitas ⁊ afflictio stus p̄ caritatē ⁊ deuotionē. qꝫ scz sicut fontes vtute sui caloꝛes inati feruere ⁊ bulire nō cessant. Sic iusti q̄ perfecta desiderant semp ad deū ⁊ ad bona eterna feruēt. ebuliūt ⁊ anbelant. Sicut de Apollo dicit̄ Act̄. xviij. Qꝛ feruens spū loq̄bat̄ que sunt iesu. Et aduerte. q̄ sicut olla feruens spuma purgatur. aqua paupatur. ⁊ a muscis insidētibus liberat̄. Sic dico q̄ homo bono spū feruens: spumaꝫ viciorꝝ emittit. aquā voluptatis dimittit. muscas malaꝝ cogitationū non admittit. Vñ ergo ꝓsulit apls Rom. xij. dicēs. Spū feruētes: dño seruientes. Feruet ꝫ iust⁹ p̄ charitatē ⁊ deuotionē.

Secdo dico q̄ feruet impi⁹ p̄ cupiditatē ⁊ malā affectionē. Mustū ẽ q̄diu impuꝝ est sp feruet. q̄n vo depuratū fuerit tūc q̄escit. Sic hō pcoꝛ ⁊ impur⁹ sp p̄ mala desideria fremit ⁊ feruet. Si vo purus fuerit: tūc p̄ animi trāq̄llitatē in deo q̄escit Esa. lvij. Coꝛ impij quasi mare feruens. qđ q̄escere nō valet. Feruet ẽ impi⁹ p̄ auariciā: p̄ supbiā p̄ iracūdiā. p̄ luxuria. ⁊ p̄ supbiā: spumāsq̄ maloꝝ vboꝝ fluuiū ⁊ maloꝝ desiderioꝝ cōtra dei volutatē emittit. De auaricia ẽ dicit̄ Job. xlj. Qꝛ leuiathan qđ interptat̄ additamentū. i. auaricia q̄ sp studet diuitias addere feruescere facit quasi ollā ꝓfundū maris. i. coꝛ auari. De supbia dr̄ Prouerb. xix. Stulticia bois supplātat gressus ei⁹: ⁊ cōtra deū feruet animo suo. De iracūdia vo seu de iracūdo dr̄ Job. xlj. Qꝛ de narib⁹ eius ꝓcedit fum⁹ sicut olle succēse atq̄ feruētis. Crudeles ẽ ⁊ iracūdi figurāt̄ in illo mari. de quo dicit̄ Jone. ij. Qꝛ stetit mare cū feruoꝛe cū Jonaꝫ absoꝛbuisset: qꝫ scz feruoꝛ furoꝛis taliū nō q̄escit. donec absoꝛbeāt ⁊ destruāt innocentē. De luxuria vo siue de luxurioso pōt exponi illud qđ de equo: qđ animal luxuriosuꝫ ē dicit̄ Job. xxxix. Feruēs ⁊ fremēs soꝛbet terrā. nec reputat tube p̄sonare dangoꝛē. Ad lrāꝫ ẽ equi ⁊ luxuriosi ad actus venereos sūt feruentes. sonoq̄ tube. i. diuine scripture seu p̄dicationis vba modicū reputātes. Patꝫ igit̄. q̄ feruet impi⁹ p̄ malā affectionem. Tercio dico. q̄ feruet mūd⁹ ⁊ etiam infern⁹ p̄ doloꝛes ⁊ tribulationē. Omnis ẽ feruoꝛ afflictiu⁹ est ⁊ cōsūptiu⁹. Feruoꝛ igit̄ mūdane tribulationis ẽ vtilis. Feruoꝛ eterne damnatiōis est flebilis. Arboꝛes ẽ medicinales sicut ẽ palma: piper ⁊ cynamomū in locis feruētib⁹ solent creſcere. qꝫ scz boni ⁊ medicinales viri in feruoꝛe mūdi tribulaminū solēt ꝓficere ⁊ valere Gen. xviij. Apparuit dñs abrahe sedēti ad ostiū tabernaculi sui in ipo feruoꝛe diei. Draconcs etiā ⁊ fere crudeles in locis feruidis. s. in ethyopia habitare dicūt̄. qꝫ scz impij et dānati in ipo feruoꝛe inferni ꝓpetuo ꝓmorant̄. Unde de dānatis dicit̄ illud Amos. iij. Leuabūt vos in cont̄ ⁊ reliq̄as vr̄as in ollis feruētib⁹. De quolibet vo btō dicit̄ Eccli. xiij. Protegēt sub tegimine illi⁹. s. dei a feruoꝛe: ⁊ in gloria req̄escet. Sed si vis alio mō dicere: dic q̄ feruere idē est qđ bulire. Feruoꝛ ẽ nihil aliud ē q̄ excellēs caloꝛ vel ardoꝛ. Est aūt differētia inter ardere ⁊ feruere. qꝫ ardere ē in materia sicca. feruere vo in materia liq̄da. Feruoꝛ igitur spūaliter loquendo nihil aliud ē q̄ motus coꝛdis et elevatio: ⁊ quedaꝫ desideriorū ebullitio. que quādoq̄ mala dicitur: ⁊ quandoq̄ bona. Nota igitur. Qꝛ est Feruoꝛ Deuotionis ⁊ amicitie. Feruoꝛ amoꝛis.
Turbationis ⁊ iracūdie. Est igit̄ Feruoꝛ furoꝛis.
Uexationis et angustie. Feruoꝛ doloꝛis.

Est dico feruoꝛ amoꝛis. ⁊ iste est q̄n quis p̄ deuotionem ⁊ dilectionē est totus feruidus ⁊ accēsus Caloꝛ ẽ facit aquā feruere ⁊ superi⁹ elevare. Sic caloꝛ charitatis ⁊ amoꝛis facit q̄ē per bona desideria feruidū. ⁊ sursum ad deuꝫ p̄ deuotionē ⁊ ꝓtēplationē erectū. Ad Rom. xij. Spū feruētes: dño seruientes. Elytropia ẽ lapis p̄ciosus q̄ ad radios solis posit⁹ in aqua facit aquam feruere ⁊ ebullire. Sic vere charitas vna cū radio diuine gr̄e faciunt feruida coꝛda nr̄a Act̄. xviij. Feruēs spū loq̄bat̄ cū fiducia. Dein de dico. q̄ est feruoꝛ furoꝛis. Et iste ẽ feruoꝛ auaricie. luxurie. seuicie ⁊ iracūdie. q̄bus coꝛ puersoꝝ q̄tidie feruet ⁊ inflāmat̄. Sicut ẽ mare in parte mūdi circa deserta inhabitabilia Libie ⁊ Ethyopie dicit̄ innauigabile ꝓpter hoc. q̄ ꝓpter nimiū solis caloꝛem illud mare sicut olla dicit̄ feruere ⁊ continue ebullire. Sic vere charissimi coꝛ peccatoꝛis ꝓpter ardoꝛem cōcupiscētie q̄ ipm cōtinue exurit: cōtinuis feruoꝛib⁹ maloꝝ desiderioꝝ estuat ⁊ ebullit. Feruet enim p̄ luxuriosam affectionem. Feruet p̄ auariciā ⁊ ambitionem. Feruet p̄ crudelitatem. iracūdiam. vindictam. punitionem. Unde Esaie. lvij. Coꝛ impij quasi mare feruēs qđ quiescere nō valet Job. xlj. Duꝫ feruescere facit quasi ollam profundā maris. Jste ẽ igitur feruoꝛ furoꝛis Deniq̄ dico. q̄ est feruoꝛ doloꝛis. Et iste est feruoꝛ temporalis tribulationis. Et feruoꝛ infernalis afflictionis. Sicut enim in regionibus feruidis inueniūtur species aromatice. Sicut patet de pipere qui inuenitur in feruoꝛibus montis caucasi. Sic vere sub feruoꝛe et ardoꝛe tribulationum cōtinentur et habitant viri virtuosi: et aromatici et famosi. Sicut Geneſis. xviij. dicitur. Qꝛ in ipso feruoꝛe diei apparuerunt abrahe tres viri. Sicut etiam in feruoꝛibus

deserto⁹ habitāt basiliscē ⁊ dracones: ⁊ animalia venenosa. Sic vere in seruoibus iniqui tenent ⁊ affligunt veneno si ⁊ impij peccatores. Vñ Amos. iij. Leuabūt vos in contis. ⁊ reliquias vras in ollis feruentib⁹. Sic igit patet q̄ est seruor dolorosus. Furiosus ⁊ amorosus ⁊c. Vide supra de ardere. De calore ⁊c.

Festinare. Nota. q̄ festinare idem qđ accelerare. pperare vel aliquid celeriter exercere. Et est quadruplex festinatio. scilicet

Virtuosa. Virtuosam debem⁹ habere. De qua Prouerbior. xx. Doce iustū ⁊ festinabit accipere.

Viciosa. Viciosam debem⁹ cauere. De qua Prouerbior. j. Pedes eor ad malum currūt ⁊ festinant vt effundāt sanguinē.

Dolorosa. Dolorosam debemus timere. De qua dicit Deut. xxxij. Juxta est dies perditionis ⁊ adesse festinat tempora.

Gaudiosa. Primo igit dico q̄ est festinatio virtuosa q̄ debet haberi: ⁊ ista ē celeritas obedientie ⁊ bone operationis. quia vt nos debem⁹ esse solliciti ⁊ festini ad faciendū bona opera ⁊ virtuosa. Juxta illud Eccliastici. xxxj. In omnibus operib⁹ tuis esto velox. ⁊ omnis infirmitas nō occurret tibi. Sicut ēm viator q̄ magis festinat currere citius puenit ad terminū: operarius q̄ tomagis festinat opus cōplere citius puenit ad brauium. nauis q̄ toplus festinat trāsfretare citius puenit ad portū: sic vere charissimi q̄nto quis magis festinās est bona opera exequi: citi⁹ puenit ad paradisum. Jdeo cuilibet dicit Prouerb. vj. Discurre: festina: suscita amicum tuum. ne dederis somnū oculis. In quibus verbis aduerte q̄ nos debemus festinare

Obediendo maioribus. Discurre. Festinem⁹ igitur obedire superioribus. ⁊ prelatis. discurre inquit. Sicut ēm ad nutū aucupis solet accipiter discurrere ⁊ volare: ⁊ totis viribus festinare vt predam sibi ostensam capiat ⁊ attingat. canis etiam nobilis ad instinctū magistri sui ostensa sibi preda discurrit ⁊ festinat. planete etiam q̄ sunt sub firmamento fm cursum firmamēti nō cessant discurrere. ⁊ sub ipo cōtinue pperare. Sic reuera charissimi ad vocem: mandatū ⁊ instinctū. voluntatem ⁊ regulā superior ⁊ magistror nostrorum. dei scz ⁊ prelator debem⁹ per obediētiam ad exercitium bonor operum celeriter festinare ⁊ discurrere. Festina. Unde Ezech. j. Nec erat visio discurrēs in medio animaliū. splendor ignis. ⁊ de igne fulgur egrediēs. Ubi notatur. q̄ ille qui bñ vult currere ⁊ festinare. necesse ē q̄ habeat Directricē subtilitatē. Visio inquit. Adinstricē societatem. q̄ ipse debet esse in medio animaliū. Charitatis fortitudinem. Jgnis. Voluptatis promptitudinē. Fulgur. Et sic procer:o debēt discurrere ⁊ festinare viri sancti ad volūtates superior. Juxta illud Zach. vj. vbi dicit. Qui equi fortissimi ⁊ robustissimi querebāt discurrere p vniuersam terram. Discurre ergo ⁊ festina. Et possumus notare q̄ ad mandatum magistrorum ⁊ superiorū nostrorum debemus festinare principaliter ad quattuor. scilicet

Ad ascensum felicitatis. Festinem⁹ igitur felicitatem acquirere. Juxta illud Hebr. iij. Festinem⁹ ergo ingredi ad illā requiē.

Ad descensum humilitatis.

Ad egressum iniquitatis.

Ad trāsgressum psperitat.

Jtē festinem⁹ per humilitatē descēdere. Vñ Luce. xix. Zachee festinans descende: q̄ hodie in domo tua oportet me manere.

Jtem festinem⁹ egredi iniquitatē. ij. Regum. xvij. Trāsierūt festināter guttata paululū aqua.

Jtē festim⁹ transgredi vel etire psperitatē. Vñ Josue. iiij. Festinauit popul⁹ ⁊ transiuit iordanē. Sic igit dico. q̄ nos debem⁹ discurrere ⁊ festinare. Discurre inquit. festina. Jsta ēm sunt duo vba imperatiui modi q̄ pertinēt ad superiores ⁊ principales.

De nicz dico. q̄ nos debem⁹ festinare subueniēdo inferioribus. id ē pauperib⁹. q̄ sicut aliquo membro leso natura statim festinat illuc sanguinē mittere. vt membrū possit sanare ⁊ adiuuare: Sic vere in corpore ecclesie si aliq̄d membrum. i. aliq̄s xpian⁹ p pauptatē fuerit lesus. vel p aliud infortuniū vulnerat⁹. nos psentialiter debem⁹ sanguinē nostrū. i. subsidium bonor nrorū ad ipm mittere festinanter: ⁊ iom q̄cit⁹ poterim⁹ erigere ⁊ iuuare. qđ ostenditur cū dicit. Suscita. Suscitare ēm est aliquē de statu infimo ad statū superiorem leuare. Juxta illud ps. Suscitās de terra inopē: ⁊ de stercore erigens pauperē. Vñ de ista festinatiōe quā debemus habere ad bñfaciendū pauperib⁹. pōt figuraliter dici illd j. Regū. xxv. vbi dicit. Qr abigail festinauit ⁊ tulit ducentos panes ⁊ portauit ad dauid. in desertū. Festinem⁹ igit subueniēdo paupibus.

Jnsup festinem⁹ nos inuitādo seu pūgendo primior⁹. Amicū inquit tuū. Omnia ēm q̄ inter se habent amicitiā seu similitudinē: cū quadā festinatione cupiūt inuicem copulari. Sicut ptz de lapide vel de quocūq̄ graui sursum iacto: qđ cum magna festinatōe iterum descēdit ad cētrum cū quo habet naturalem similitudinē atq̄ nexū. Sic pculdubio q̄libet amicus debet amicum diligere. ⁊ si aliq̄ occasione ab ipo fuerit sepat⁹ vel distinctus. ad ipm festināter ⁊ sine violētia se trāsferre. Exēplo vginis gloriose Luce. j. de qua dicit. Exurgens maria abijt in montana cū festinatione ⁊ salutauit elyzabeth. Festinanter q̄ debemus nris primior⁹ copulari. Amicū tuum. Juxta illud Eccli. xxij. Est ēm egressus ad amicū. Vide supra de amicicia vbi satis habes. Patet igit q̄ sunt festināter faciēda. Charitas erigēda. Pauptas subleuāda. Maiestas obsequēda. Debem⁹ ergo festināter vt dictum est obedire superioribus. Subuenire paupior⁹. nos vnire proximior⁹. Et ista ē festinatio virtuosa.

Scđo dico. q̄ ē quedā festinatio viciosa. Et ista ē illa qua mali libenter: celeriter ⁊ festinanter mala opa faciūt. sicut de raptor⁹ qui festinanter ad rapiēdum debachant. De iracūdis ⁊ crudelibus qui motiue ⁊ festināter contra alios sine deliberatione deflectūtur. De quo pōt dici. Sicut aquila festinans ad comedēdum oēs ad pdam veniēt Habacuc. j. Et illud Prouer. j. et Esa. lix. Pedes eor ad malum currūt: ⁊ festinant vt effundant sanguinē innocētem

Jtē etiaz ē qđaz alia festinatio viciosa. s. illa cum aliquis festine: subito ⁊ celeriter efficitur diues vel felix. quia sicut dicit Prouerbior. xxviij. Qui festinat ditari nō erit innocens. Et etiaz tales subitas promotiones sequit infortuniū. vel in psenti vel in futuro. quia sicut dr Prouerb. xx. Hereditas ad quam festinatur in fine: bñdictione carebit. De hoc supra. vbi Cito. ⁊ vbi Currere.

Tercio dico. q̄ ē quedā festinatio doloriosa. Et ista pculdubio ē pena eterna vel etiam mors. q̄ contra malos fatagit ⁊ festinat. De quo Eccli. xx. Casus malor festināter venient.

Quarto autē pōt dici. q̄ est q̄dam festinatio gaudiosa. Et ista ē illa qua de⁹ festinat pressis ⁊ miseris subuenire. De quo in ps. Dñe ad adiuuāduz me festina. De quo etiam. j. Reg. xvij. Festina ⁊ veni: q̄ insoderūt se philistei sup nos. Et hoc de festinatiōe sufficit. Vide supra de Cito. ⁊ infra de Velociter ⁊ Subito.

Festū. festiuitas. Nota. q̄ festiuitas nihil aliud est q̄ gaudio sa ⁊ celebris solēnitas. Dicam igitur. q̄ festinitas in bono sumit ⁊ in malo. Dico igitur primo. q̄ festiuitas sumit in bono. Aues ēm ⁊ animalia suo modo faciunt festa sua. Uno ēm tempore magis q̄ alio simul cōueniūt. ⁊ exultādo ⁊ cantando deum laudant. ⁊ signū amoris ⁊ leticie simul ostendūt. Et tandem pro victu quotidiano ad consuetos labores redeūt ⁊ accedunt. sic vere dico debent facere iusti. Qñq̄ ēm necesse est vt festa deo ⁊ sanctis: ⁊ etiam sibi ipis faciant. vbi lete ⁊ charitatiue cōueniant. ⁊ vbi recreationem a laboribus capiant. ⁊ deo seruiant atq̄ viuant. Psalm. j. Celebra iuda festiuitates tuas. Notabis igitur. q̄ tria vel q̄tuor sunt genera bonarū festiuitatū. videlicet

Festū spirituale qđ est interius. Dico igitur. q̄ inuenitur festiuitas interior et spiritalis seu virtualis. Apud iustos ēm interius in conscientia ⁊ in corde. bone cogitationes ⁊ affectiones. virtuosq̄ ⁊ habitus virtuales faciunt spūaliter festa sua in psentia dei sui. qui scz ipis p gram psentat. Ibi ēm oro cōfessio ⁊ gr̄arūactio cantāt. Ibi laus ⁊ pdicatio tubicinat. Ibi fides ⁊ deuotio citarizat. Ibi charitas spes ⁊ letitia tripudiat. Ibi tpantia ⁊ prudētia festū ordinant. Justicia vero ⁊ fortitudo istud festū defendūt: custodiāt atq̄ seruant. De tali igitur spiritali festo loquit dauid in psal. Vñ cogitatio bois confitebit tibi. ⁊ reliquie cogitationes diem festuz agēt tibi. Et reuera talia festa spiritalia bodie

Festū tēporale qđ est exterius.

Festū supnale qđ est inferius.

Festū eternale qđ est superius.

in cordibus nostris in ecclesiasticis deficiunt: & omnes lucrus & tristicie subincrescūt. Unde demones videnē dicere illud ꝑ. Cognatio eor simul: quiescere faciam? dies festos dei a terra. Ista ē igit festiuitas interior & spiritalis.

Deinde dico. q apud iustos inuenit festiuitas exterior et tpalis. Et iste sunt festiuitates q̄ ab ecclesia sunt institute: & ad dei laudem & gloriā ordinate. vt scz bō relictis exterioribꝰ negocijs ad dñm se cōuertat. & p deuotionē oronē et cōtemplationē sepm ad deū cōtrahat & reducat. In festiuitabꝰ eñ debemꝰ esse deuotiores: & bonis operibꝰ pleniores. Sūt eñ quedā arbores q̄ acsi ⁊tutē festoꝝ sentiret solent circa aliq̄ foliis: floribꝰ & fructibꝰ plus solito abundare. sicut de q̄busdam nucibꝰ est exptus. q̄ sicce vsq̄ ad festum beati iobis solent pstuerare. nullū vultū virozis ostēdere vel mōstrare. ꝙ aliis virorē & fructū faciētibꝰ: aridi ta, tem & facie byemalē ptendere & seruare. Et vbi ad vigiliā festiuitatis sancti iobis attingūt q̄dam occulta & mirabili ⁊tute: flores fructꝰ & folia ꝓducunt. ita q in mane ab aliis nucibꝰ non differūt. ꝙ in ipa festiuitate fructiferos & floridos se ostendūt. multe tales inueniūtur in varijs locis. Et de vna tali exēplicat Gervasi? in lib̄o de ocijs impialibus que in ꝓuincia apud villam de variolis in Aquēn dyocesi illis tēporibꝰ babebat. Istud igit adducā ad ꝓpositum et dicam. q isti nuci boies silēs debent esse. q scz dato q antea aridi fuerint atq̄ sicci in viroze gre. folijsq̄ & floribꝰ boneste apparētie. & fructibꝰ bone operis. i. efficacie p diuersa vicia denudati. q̄n tamē venit festiuitas dei vel alicuius sācti statim debēt ⁊tutibꝰ se induere. & de nouo bonis operibus se vestire. nunq̄ eñ debent (et maxime in festiuitatibus) virtutibus esse nudi: immo si ante peccatozes fuerint: tunc debēt fieri iusti: & iustis aliꝰ simules inueniri. Unde de iudith dicit. q ipa erat diebus festis procedēs in gloria magna Judith. xvj. Et aduerte. q sic i festis cōiter diui tū & magnatū inueniūt

Cibi lautiozes.
Uestes pulciozes.
Cultus letiozes.
Cantus altiozes.

Sic in festis spiritualibꝰ epulandum est lauti: dulci etiaz atq̄ sapidi p deuotionē & eucharistie sūptionē: & etiā paupibꝰ largitionē Deut. xvj. Epulaberi i festiuitate tua. vñ Thob. ij. dicit. Oz cū esset dies festus dñi: factū est prandiū bonū in domo thobie. Uestiendū est pulcrius atq̄ mūdius p mūdam & honestā cōuersationē Ecclesiasti. xliij. A luna signū dici festi. Luna inquit. i. pulcritudo cōuersationis. Exultādū est letius & iocūdi? p spirituale gaudiū. iij. Reg. viij. Fecit salomon in tēpore illo festiuitatem celebrem & omnis israel cuz eo. Sequit. Letantes & alacri corde. Uociferādum est altius p dei laudem & gratiarū actionē seu p confessionē & orationē Jobānis. vij. In die magno festiuitatis stabat iesus & clamabat. Et Jobānis. xij. Ascenderūt vt adorarent in die festo. Et sic igit dicā. q festa debēt esse tpa.

Leticie & exultationis.
Innocentie & iustificatiōis
Misedie & miserationis.

Oz festa sint tpa leticie visū est statim supra. Item q debeant esse tēpora iusticie & innocentie: & q nibil iniustum aut crudele debeat in festiuitatibꝰ cōmitti. Patet p verba etiam ipoꝝ crudelium iudeoꝝ: qui scz in die festo christū quē occidere animo & mente decreuerūt: corpore tamē occidere metuebāt. Unde ipi dicebant Matth. xxvj. et Marci. xiiij. Non in die festo: ne forte tumult? fieret in populo Tumultus dico. i. scandalum. quia scz magnū scandalum est quādo in festiuitatibꝰ fiunt mala. Item q festa debeāt esse tēpora misedie: clementie & indulgentie. Patet: qz tūc debemꝰ indigentibꝰ potius subuenire: & in nos delinquēti bus indulgere. Et inde dicit Luce. xxiij. Oz iudex necesse babebat dimittere vnū vinctum in die festo. De illis igit qui nō seruant festa multa possent dici. Constat eñ q ille qui sabbatum nō coluit: sed in eo ligna collegerat dño iubente lapidat? est. sicut dicitur Numeri. xv. Scōm etiam fabulas. Theseus rex thebarum q̄ festum bachi colere contēnebat: & colentes insup impediebat a matre & sororibus ꝓpijs fuit traditus: & ab eis bachi iusto iudicio interfect? Sic igit qui festa dei & sanctoꝝ non coluerit: vindictez periculo subiacebit. quia scz propria mater cum sororib?. id ē deus cum sanctis in eo vindicabit. Sed vide infra de sabbato: quia transeo gratia brevitatis. Dico igitur. q in scriptura inuenit festiuitas exterior & tēporalis. Insup dico. q apud iustos inuenit festiuitas inferior & supnalis. Et ista est festiuitas: cōmunū & solēnitas quam iusti inter se q̄q̄ faciūt gratia cōitatis & intuitu charitatis. De quo Numeri. x. dicit sic. Si q̄n habebitis epulū & dies festos. id est kalendas canetis tubis &c. Tales eñ gaudiose festiuitates & societates videt bodie penitus defecisse. & luct? et tristicia tribulatioq̄ & angustia vndiq̄ successisse: ita q iam videt verificatū illud Trenoz. ij. Obliuioni tradidit dñs in syon festiuitatē & sabbatuz: & obprobrio in indignatione furoris sui legem & sacerdotē. Denicq̄ dico. q in scriptura reperitur festiuitas supior et eternalis. Et ista est solēnitas beatoꝝ qui scz superi? cum deo & angelis quiescūt: iubilant & festiuant. De quo pōt intelligi illud Johannis. v. Erat dies festus iudeoꝝ & ascendit iesus hierosolymam. Hierosolyma que interpretat visio pacis: signat paradisum vbi est pax: tranq̄llitas atq̄ festum cōmune. quia scz sicut dicit Augustin? in omelia sup iobānem. Ibi est festiuitas sine labe: serenitas sine nube: eternitas sine fine. Sic igitur patet quō festum accipi pōt in bono. Secundo principaliter dico. q festiuitas sumi pōt in malo. & per festum intelligi potest gaudium & prosperitas: gloria & solennitas impiorum. Sive igitur agamus de festis et conuiuijs temporalib? malorum: sive de eoꝝ prosperitatibꝰ: glorijs & statibus fortunatis: possum? notare q talia festa

Bonos afficiūt.
Cito deficiūt.
Luctus adijciūt.

Bonos dico gravant & afficiūt. Constat eñ q mali diuites de substātijs pauperum faciūt festa sua. In festo pascali apud iudeos necesse erat occidi agnū: quia scz in festis & in cōuiuijs talium cū ipi de suo nō possint ea facere: necesse est q agni. i. subditi innocētes grauentur & pelle. i. exteriori substantia spolient Luce. xxij. Approp̄inquabat dies festus azimoꝝ. qui dicit pascha. Uñ taliter festiuantibus videtur dñs dicere illud Isa. j. Neomenias & sabbatum: & festiuitates alias nō feram: iniq̄ sunt cetus vestri. Unde cito etiā cessant & deficiūt. Unde de supba synagoga dicitur Osee. ij. Cessare faciam oēm gaudiū eius: solēnitatez eius: neomeniā eius: sabbatum eius: & oia festa temporuz eius. Luct? insuper generāt & adducāt. q: vt cōmunit̄ omnia festa & solacia mūdi. finaliter vel cōuertunt in tpalem tribulationē & luctum: vel in eternale supplicū & tormentum Amos. viij. Tenebrescere faciam terram in die lumi, nis: & cōuertam festiuitates vestras in luctum: & oīa cantica vestra in planctum. Tales igitur festiuitates: mūdane q̄ leticie & prosperitates: a deo odiūtur & in perniciem taliter festiuantiū cōuertūtur. Unde Amos. v. dicit dominus. Odi & proieci festiuitates vestras: & nō capiam odores cetuū vestroꝝ &c. Vide de gloria mūdi. Gaudio. Prosperitate & Fortuna. Et ceteris silibus.

Fetor. Cum fetor nibil aliud, sit q̄ malus vapor a corrupte celi substantia euaporans: sensuz olfactus afficiens atq̄ ledens: videtur q fetor semp signat in malo. Signat eñ

Culpam internam.
Infamiam externam.
Penam eternam.

Est dico fetor culpe. Nibil eñ tā tum fetet deo & angelis sicut peccator. De peccatore autē antbiocho dicit. ij. Macbab. ix. Oz vermibus de carne eius scaturientib?: exercitus fetore ipius grauabat. Uermes sunt peccata: que p remorsum conscientie mentem lacerant atq̄ mordent. Est etiam fetor infamie. Vapor eñ male opinionis q̄q̄ de substantia operū alicuius persone falso vel vere eructuat. qui alios per malam imitationē inficit. vel per displicentiaz grauat. Unde Isaie. xxxiij. De cadaueribꝰ eorum ascendet fetor. Est insuper fetor pene seu miserie. Constat eñ q fetor est grauissima pena ipm continue sustinenti. Unde pena eterna fetor dicitur. quia gravat & inficit eos a quib? suffertur. Et ideo cōminative dicitur ipsis malis Isaie. iij. Oz ipis erit pro suaui odore fetor: & pro zona funiculus: & pro crispanti crine calujcium &c. omitto: quia pauce sunt auctoritates vocales. Vide de odore: & de fama & de infamia. & silia.

Fetus. Nota. q fetus sunt animalium filij seu fructus. Et inde dicitur fetus seu fetosus adiectiuū: idem q in generando fructuosus & copiosus. Vide igit infra vbi filius: & de Generare &c.

Fex. Cū feces sunt ptes seu supfluitates rerū q̄ a natura tanq̄ inutiles ejiciunt̄: seu ad fundū vasoru a plurib⁹ liquorib⁹ segregate mūdant̄. consequēs est q̄ feces sunt res ceteris impuriores: viliores ⁊ inutiliores. Igitur possumus dicere. q̄ in scriptura reperiunt̄. scz feces

Terrenoꝝ. Feces dico terrenoꝝ q̄ in imo locant̄.

Vitiorum. In liquorib⁹ eīm partes puriores ⁊ meliores sunt supius: feces vero infer⁹ sb̄ sunt. Iste sunt feces vbi anguille ⁊ rane versant̄. ⁊ vbi scarabones ⁊ porci delectant̄ ⁊ volutant̄. q̄ scilicet porci. id ē luxuriosi. scarabones i. auari ⁊ circa diuitias diligētes ⁊ studiosi. anguille. i. cautelosi. q̄ scz ad similitudinē anguille difficiliter tenent̄ ⁊ de manib⁹ cito labūtur. rane. i. detractores ⁊ clamosi: ad feces bonoꝝ terrenoꝝ versant̄. ⁊ ibidem mente ⁊ corpe detinent̄. pō. Fex eius nō est exinanita. bibent oēs pctōres terre. Itē sunt feces viciorū que in cor de velant̄. Peccata eīm feces sunt. In q̄bus scz mūdi peccatores delectātur ⁊ sistūt. Multi eīm sunt sicut onocrocuti aues immūde q̄ magis feces diligūt q̄ res mūdas. q̄b⁹ tamē dīs cōminat̄ Sophonie. j. Visitabo sup̄ viros defixos in fecib⁹ suis. Itē sunt feces tormētoꝝ vbi mali iactant̄. Pena eīm infernalis cōparat̄ fecib⁹. q. scz. ista ē inferius in pfundo. ⁊ q. scz in ista horribili loco pijciunt̄ damnati. Oz igit̄ per feces tribulatio ⁊ miseria designat̄ patet Ezech. xxiij. vbi anie damnate in figura idolatre ciuitatis hierusalē cōminat̄ dīs dicens. Calicez sororis tue bibes pfundum ⁊ latū: ⁊ eris in derisum ⁊ subsannatōem calicē meroris ⁊ tristicie calicē sororis tue samarie ⁊ bibes illū ⁊ potabis vsq̄ ad feces. Et ideo Dauid gloriabatur se a talib⁹ fecib⁹ liberatū. dicens in p̄s. Eduxit me de lacu miserie: ⁊ de luto fecis: ⁊ statuit supra petram gressus meos. ⁊c. Vide de lacu ⁊ de luto ⁊c.

Fiale. Cū fiale sint vasa rotūda cū orificio lō go ad ptinēdū liq̄res apta. pm diuersā pditionē liquoꝝ necesse erit diuersitatē ponere fialaꝝ. Et sic nota q̄ sunt fiale

Ad continēdū gratie dulcorem.
Ad effundendū doctrine liquorem.
Ad retinendū culpaꝝ horroꝝ.
Ad augendum audit⁹ errorem.
Ad hauriendū viciorū saporem.
Ad emittendū vindicte furorem.

Prime fiale sūt mētes iustoꝝ
Secūde fiale sunt corda doctoꝝ.
Tercie fiale sunt corda peccatoꝝ.
Quarte fiale sunt ora adulatoꝝ.
Quinte fiale sunt ventres gulosoꝝ.
Sexte vē fiale sunt cōscie iracūdoꝝ.
Septime fiale sunt oēs sanctoꝝ.

Dico igit̄. q̄ sunt fiale grām continentes: ⁊ iste pme mētes iustoꝝ significant: q. scz gratiam continent ⁊ odorē orationis ⁊ deuotionis pfinant. De q̄bus dicit btūs Johānes Apocal. v. Oz seniores circa thronū habebāt fialas plenas odoramentoꝝ que sunt oīones sanctoꝝ. Itē sunt fiale doctrinam effundētes. Et isti sūt doctores ⁊ pdicatores q̄ liquorem sancte doctrine diffundūt. Iste sunt aūt fiale q̄s moyses fecit in vsus tabernaculi. sicut dicit Exodi. xxxvij. Et quas salomon fabricauit in vsus altaris ⁊ templi. sicut patet. iij. Regum. vij. q. scz doctores ⁊ pdicatores fuerūt in tabernaculo ⁊ in templo. i. in lege antiqua ⁊ noua. pter q̄d j. Esdre. j. dicit̄. Oz reportate sunt in hierusalē fiale auree triginta. ⁊ fiale argentee mille. Aduerte tamen q. bodie in multis verificat̄ illud. iiij. Regū. xxv. vbi dicit̄. Oz caldei fulerūt de templo oīa vasa erea: nec nō thuribula ⁊ fialas. Quia vē demones de templo ecclesie subtraxerūt thuribula oīonis: ⁊ fialas deuotionis ⁊ lectiōis. Item sūt fiale venena portantes. Et isti sunt viri mali q̄ venena diuersoꝝ viciorū habēt. Isti mali figurant̄ Apocal. xvj. vbi visi sunt septē angeli habentes septē plagas nouissimas ⁊ septem fialas quas effundētes fecerunt in hoibus strages magnas. Septem eīm isti angeli: vniuersitatē maloꝝ significant. Quia pm Gregoriū. septēnarius nūerus semp vniuersitatē significat: quia pcerto isti habēt septem fialas. i. vniuersitatē viciorū. ⁊ iō isti habebūt septē plagas nouissimas. i. vniuersitatē penaruꝝ ⁊ tormentoꝝ. Itē sunt fiale vnguenta habentes. Et iste pcerto significant adulatores: et malos ⁊ falsos diuitum consiliarios. qui scz labamina seu liquorem adulationis ⁊ proditiōis de fialis cordium suorum emittūt. quib⁹ diuites inebriant ⁊ perfundunt. ⁊ eos ad oīne vicium pronos reddūt. Figurati Apocal. xvj. vbi dicitur. q. quidā angelus effudit fialam suā in solem. ⁊ datum est ei affligere homines estu magno. Quia reuera q̄n isti mali angeli fialam oris sui aperiūt: ⁊ venena adulationum: detractionū ⁊ maloꝝ consilioꝝ in solem. i. in aliquez superiorē emittūt. tūc eum ita ad malum inflamant: q. alij ab eo affligūtur ⁊ pereūt. Unde ibidez dicit̄. Oz vna fiala effusa est in terrā ⁊ factū est vulnus seuū. Itē sunt fiale vina bauriētes. Et isti sunt viri ebriosi: cōtra quos dicitur Amos. vj. Oz bibentes vinū in fialis: ⁊ vnguētis optimis delibuti: nihil patiebant̄ super cōtritione ioseph. Item sunt fiale furorem fundētes. ⁊ isti sunt tyrānī qui scz furorem ⁊ iracūdiam extra pfinant. Un isti sunt illi mali angeli de q̄bus dicit̄ Apocal. xv. Oz ipsi babebāt fialas plenas iracundia dei ⁊c.

Ficus. Vide supra de adducere: vbi est illa auctoritas Mūeri. xx. Adduxisti nos in locū istū pessimū qui nec ficum gerit ⁊c. Vide etiam supra de arbore. vbi est illa auctoritas. Arborem fici babebat q̄daz plantatam in vinea sua ⁊c.

Fingere. fictio. fictū. figmē. tum. figui⁹. Nota. q. fictū dicit illud qđ apparet aliud q̄ sit. Et inde est q. oīne illud opus fictile dicit̄. qđ de terra in alienā figuram effingit ⁊ formāt. Signat q̄ fictio vel fictilitas animi humilē subiectionē. corpis fregilem cōditionez. culparum mobilē receptionē. Primo q̄ est fictilitas virtuosa. Et ista est q̄n homo se reputat fictilē. terreū ⁊ mortalem. ⁊ p cōsequēs dejectū humilē atq̄ vilem. Un Numeri. v. dī. Accipiat sacerdos aquā sanctā i vase fictili. i. in corde humili gra cōtinet̄. si tamē terra pauimēti. i. mortis ⁊ mortalitatis consideratio eidem adūgat̄. Gra eīm dei ē quidā liquor pciosissim⁹. qui pm rei veritatē i tali vase fictili volt seruari. Un apostol⁹ dicebat. ij. Cor. iiij. Habem⁹ thesaurum istū in vasis fictilib⁹. Aduerte tamē q. nos vūes ⁊ fictiles debem⁹ deum recognoscere. sicut pprium figulū ⁊ fictorē. Iste eīm dicit Hiere. xviij. Sicut lutū in manu figuli sic vos in manu mea domus israel. Nā sicut dicit Rhom. ix. Iste figul⁹ ex eadem massa facit vas in honorē: ⁊ vas i contumeliā. Et hī prochdolor: q. sunt multi q̄ eū nō cognoscūt fictorē suū q̄uis ipe sit verus pmethe⁹. de quo fingūt fabule q. imagines ⁊ statuas fictiles fecit ambulare et viuere nihilomin⁹ nos ipum actu nō esset fictor noster continuū⁹. Sapiētie. xv. Cinis est eīm cor ei⁹ ⁊ terra supuacua spes illi⁹. ⁊ luto vilior vita ei⁹. q̄n ignorat q̄ se finxit: ⁊ q̄ inspirauit illi aiam: ⁊ eidē pdicimus ⁊ ptra eū superbiu⁹. De quo admiratiue dicit Rom. ix. Uūquid dixit figmentū ei q̄ se finxit: ⁊ quare fecisti me sic? Et Isaie. xxix. Hec est cogitatio vra: quasi si contra figulū lutū cogitet: ⁊ dicat op⁹ factori suo nō me fecisti. ⁊ figmentū dicat fictori suo nō intelligis. Nō sic charissimi: ⁊ honorem⁹ figulū ⁊ fictorez: q. pm pē. Ipe est q̄ cognouit figmentū nrm: ⁊ qui finxit figillatim corda nostra. Ista est igitur fictilitas seu fictio virtuosa. Secūdo dico. q. inuenit̄ fictilitas ruinosa. Et sic p res fictiles intelligit̄ terrea ⁊ fragilis vita nra. q̄ scz p tentationes frangit̄. ⁊ maxime q̄n alicui morticinio vel immundo p malam pplacentiā sociat̄. Leuit. xv. Vas fictile qđ i. mūdum tetigerit pfringet̄. ⁊ qđ etiam mortalitate finalit̄ dissipat̄. Sicut de statu nabuch. dicit̄ Dan. ij. Oz partē pedez eius que erat fictilis: lapis q̄ desup cecidit dissipauit. Pes eīm finē vite signat: quā q. fictilē ⁊ terreā: lapis. i. mortis duricia inuenit: ipam caffat. Istud etiā pt⁹ de diuitib⁹. q̄ ficticijs bonis mō pinguūtur: ⁊ pnīb⁹ ⁊ futuris tribulationib⁹ a deo pfrūguūtur. Isa. xxx. Cōminuet̄ sicut conteret̄ lagena figuli pcritione puluida. Tercio dico. q. inuenit̄ fictio viciosa. Et ista ē fictio q̄ fit in moribus: q̄n scz malicio si ⁊ hypocrite mala fingūt esse bona: ⁊ etiam bona mala: ⁊ q̄nq̄ exteri⁹ in vbis ⁊ conuersatiōe vnū simulāt atq̄ fingūt. in corde vero ⁊ intētione aliud cogitāt atq̄ gerūt: sil'es statuis ⁊ figmētis Sap. x. Stans figmētum. Talē aūt fictionem spūssanctus abominat̄. ⁊ oēs fallaces ⁊ ficticios detestatur Sap. j. Spūssanctus discipline effugiet fictū. Unde q̄ muri fictilis pminatur dicēs. Eiulabo ⁊ clamado ad viros muri fictilis lamētantes Hiere. xlviij. Sapiēs etiā ista

fictione se carere dicebāt Sapiēn.vij. Hanc sine ficiōe dicta: z sine inuidia cōmunico. Aplis vo nō in ficta charitate se aliq̄d faciēdū esse dicebat.ij.Cor.vj. In charitate nō ficta. Figulus aūt istoz est dyabolus: q̄ eos fingit z efficiat fictos. Unde de multis ecclesiasticis lamentat Hieremias Treñ.iij.dicēs. Quō inq̄t reputata sunt in vasa testea: opus manuū figuli? Et bñ testea: q2 vere tales teste a sua ficta puersatione frangunt. Uñ ps. Tanq̄ vas figuli pfringes eos. Non sic charissimi: q2 sicut dī.ij. Mach.vj. Non em̄ etati nostre dignū est fingere. Aduerte tamē q̄ fictio q̄nq̄ capit in bono: q̄ nihil aliud est q̄ discreta simulatio: sicut de xpo dī. Oz ne cognoscerēt finxit se longi9 ire Lu.xxiiij. Talis aūt fictio potissime spectat ad plātos z iudices ꝛc. Aide de mala fictione vbicūq̄ infra agit. de Ypocrisi. Malicia siue fraude z similibus.

Fides. Nota q̄ fides est fundamentū z subiectuz oim aliarū virtutū. Et ideo sicut subiectuz subijcit bonis z malis accidēti9 ipo inuariabili pmanente. Sic fides pōt pseuerare z inuiolabilis pmanere sub peccatis z virtutib9. Est etiā fides informis z fides formata. Fides informis est q̄ forma gre z charitatis caret ꝓpt cōcomitantiā peccati mortalis. Formata vo dī q̄n charitati z gre est piuncta. Describit aūt fides ab apło Heb.xj. Fides est sperandarū sub̄a rerū: argumentū nō apparentiū. Describit ab Isi. Fides est quaveraciter credim9 id q̄d nunq̄ videre valem9. Describit insup a Cryso. Fides est sanctissime religionis fundamentū. Fides em̄ fundamētū dicit: quia sicut sine fundameto nihil pōt edificari: sic impossibile est aliquā sine fide virtutū ogerie fabricari. Quia sicut dicit Hebreo.xj. Sine fide est impossibile quēq̄ placere deo. Est em̄ fides inter vtutes sicut mater inter filias: sicut ships inter frondes: sicut caput inter mēbra exteriora sicut cor inter mēbra interiora. Et ideo sicut in natura fm Arestо. Primo format cor inter omnia alia mēbra: sic vere nobis debet cē pncipalis z pcipua cura de fide nra prio z ante oia bene formāda z ordināda. Quia reuera fides ē

Sicut pes ad sustentandū. Per fidē em̄ sustentatur
Sicut oculus ad dirigendū. nra fragilitas. vñ Col.j.
Sicut cor ad viuificandū. Permanetis in fide fundati. Item p fidē dirigit erroris cecitas. vñ Heb.xij. Aspicientes in autorē fidei z psummatorē Jesuz: ita q̄ de istis duobus pōt dicere ipsa fides illud Job.xxix. Oculus fui ceco z pes claudo. Itē p fidē viuificat nra mortalitas: q2 sicut dī Roma.j. Gal.iij. Hebre.x. Justus ex fide viuit Et ideo charissimi dyabolus videt esse silis astuto luctatori: draconi deceptori: accipitri raptori. Luctor.n. pedes socij sui supplantat: draco pugnās cum elepbāte oculos sibi (si potest) extrabit vt cecus efficiat: accipiter aūt capta p̄da cor ipius eradicat vt exinde satiet. Nihil em̄ sapidius accipitri q̄z cor comedere p̄de sue. Et pculdubio charissimi sic facit dyabolus: q2 vere summe nitit nobis auferre pedē fidei sustētantis: oculū fidei dirigētis: cor etiā fidei viuificātis. Scit em̄ dyabolus q̄ sine tali pede non stamus vel in bono nō pseueram9: sine tali oculo illa q̄ sunt credēda nō intelligim9 nec psideram9: sine tali corde vitam gre nō habemus nec ptinuamus. De dyabolo igit bene pmonetur. j. Pet.v. Aduersari9 vr dyabolus tanq̄ leo rugiēs circuit q̄rens quē deuozet: cui resistite fortes in fide. Dyabolo em̄ est fortiter resistendū: qđ tm nō faciūt q̄ p errores hereses z sortilegia vident cor z pedē z oculū amisisse. De q̄bus.ij. Thimo.ij. A veritate ceciderūt z subuerterūt quorūdā fidē. Nō sic charissimi: § ꝫ dyabolū viriliter dimicemus: z cor pedem z oculū fidei seruem9. Jux illud.ij. Thimo.iiij. Bonū certamē certaui: cursū psumaui: fidē seruaui ceterо reposita est mihi corona iusticie ꝛc. In q̄b9 vbis oñdit q̄ p fidem Mūdi preliū superam9. Bonū inq̄t certamē. Aite terminū psummam9. Cursum inq̄t. Celi bzauiū reportamus. Jdeo inq̄t reposita ē mihi corona iusticie. Fides em̄ iuuat in plijs viriliter dimicare. Facit in stadijs felicit psumare. Facit de bzauijs vtilit reportare. Dat igit fides

Constantiā roborativā. Primo § dico q̄ p fidē verbera toleram9: qđ oñdit cuz dī. Bonū certamen certaui. Jstud est em̄ bonū certamē
Perseuerātiā psumativā.
Celi gloriā pmiativā.
Dico igit q̄ p talē fidem.

Uerbera toleramus. certare: tribulatiōes z angustias sustinere p fide et iusticia. Jux illud Eccli.iij. Usq̄ ad mortē certa p iusticia. Sicut em̄ dixit Auicēna z Ambro. in exameron. Apes p defensione regis sui certāt z pugnāt: z p eo pire pulcrū putant. Serpes etiā p capite suo ne ledat corpus obijcit: z plagis z verberib9 p seruādo capite totū corp9 exponit. Sic vere charissimi si fideles z boni fuerim9: p rege z capite nro.s. p xpo z ei9 fide defendēdo z sustinēdo: certare z pliare debem9. s. cōtra demonū tētationes: extra mūdanas tribulatiōes: z etiā extra infideliū impugnationes: corpusq̄ nrm z mēbra penis z laboribus exponere ꝓpter ipm: iux illud.j. Thimo.vj. Certa bonum certamē fidei. Jstud verbū potissime pōt dici militib9 cruce signatis vel alijs: cōtra infideles vel etiā quoscūq̄ iustū pliū ingressuris: q2 pcerto fides p qua pugnāt (quā sciūt esse certā z verā) debet eis maximū esse in certamie fundamentū z audacie fulcimentū. Bonū ergo certamē certaui Et hoc: q2 pcerto sicut dī.ij. Thimo.ij. Nō coronabit nisi q̄ legitime certauerit. Et si vis potes hoc dilatare quō certandū est p mūdū: carnē z bostē. Et quot modis succūbit z quot modis in hoc certamie pliat. Et vide.ſ. de Bello. Patz igit q̄ p fidē verbera viriliter toleram9. Scdo dico q̄ p fidē opa terminam9. Cursum cōsumaui. Fides.n. quā de deo z de reb9 inuisibilib9 z futuris habem9: valde iuuat hominē vt ad virtutum complementū perueniat et attingat. Fides em̄ mētē dirigit. Spes mentem erigit. Charitas mentē inflamat z accendit. Jgit alie vtutes pōt bona opa incipe: ſ ad fidē ptinet psumare z ad finē debitū ordinare. Cursuz inq̄t psumaui. Sic em̄ carēs oculis nō pt bñ psumare seu pficere cursuz suū. Sic vere charissimi cursuz bonoz operū non pōt pficere seu cōplere illi q̄ fidei lumie sunt puati. Jdeo bñ dī Heb.xij. Curram9 ad ꝓpositū nob certamē: aspiciētes in autorē fidei nre z psummatorē ihm Per fidē igit opa terminam9 seu psūmam9. Et nota q̄ in isto vbo pōt applicari de pseuerātia. Et vide.ſ. de Currere

opatus es dñe. De ꝓma ꝙ firmitate. sez de stabilitate constantie ⁊ ꝓseuerantie. fortitudinis et durationis possum⁹ dicere ⁊ notare. q sicut illa que sunt alioꝝ fundamentū debent esse ceteris magis solida atq firma: sicut ptz de stipitibus ⁊ colūnis. Sic vere nos ecclesiastici qui debem⁹ esse sustentatio ⁊ fundamentū alioꝝ. debemus esse solidi atq firmi. pseuerātes. stabiles ⁊ pstantes. Juxta illud ℟o. xv Debem⁹ aūt nos firmioꝝ imbecillitates infirmoꝝ sustinere: vt sic de quolibet exponaṫ illud Prouerb. xviij. Frater q adiuuaṫ a fratre quasi ciuitas firma. Vide supra vbi adiutoꝝ ibi ponit predicta auctoritas ꝓsecuta et diuisa. Item vide supra vbi diligentia ⁊ edificare: vbi ponit illa auctoritas. Edificauit roboaz ciuitates ⁊ firmauit eas sūma diligentia ꝛc. Si aūt de firmitate constantie ⁊ virtutis vis aliquantulū loq magℓ. notabis q res firma ē sūmope diligenda. Jsta est em̄ cui qs secure potest inniti: ⁊ a quo potest sine periculo sustentari. Et ideo bona spūalia ⁊ eterna que de sui natura solida sunt ⁊ firma ⁊ a principijs firmis ⁊ solidis ꝓgressiua debem⁹ summe diligere. cū ista sint q nos pñt sine piculo sustentare. Vñ de dauid legit. j. ℟e. xviij. Morabaṫ dauid in deserto in locis firmissimis. Et aduerte q triplex bona firmitas reperitur. scilz Firmitas Jneterna. Prima est firmitas virtualis. quam facit Externa. gratia intus exuberans. Scda est firmitas Eterna. talis: quā facit fortuna dure reuerberās. Tertia est firmitas supnalis: quā facit gloria alte remunerans. Primo ergo de firmitate interna dico. q boni habent firmitatē gre quā denotat virtutū vbertas: q notatur in verbo dauid. Morabaṫ inqt dauid. Firmitatē fortune quam declarat bonorum paupertas que notaṫ in verbo. Deserto. In deserto inquit. Firmitatem glorie quam designat celoꝝ libertas. qđ notaṫ ꝙ verbū. In locis firmissimis. i. in celis. Jsta em̄ sunt tria q faciūt boiem firmū. vicz Virtus interior. Dicam ergo q inueniṫ firmitas Status inferior. tus virtualis. Et ista est firmitas in Locus superior. stoꝝ q scz in omni bono sunt solidi atq firmi. Arbores em̄ quāto ꝓfundiores habent radices tanto sunt vt cōmuniter firmiores ⁊ contra quoslibet impetus fortiores. Magnitudo em̄ radicū ē causa firmitaṫ. Unde narrat Plinius. q cum exercitus romanus semel ꝙ quēdaz lacū nauigaret: apparuerūt eis delonge mlte alte arbores ⁊ protense: erecte sup aquas natantes: ⁊ se per radicum suarū amplitudinem contra flatus firmiter sustētantes. alluuione enim radicate fuerant: ⁊ sic erecte super aquas natabant. Exercitus ergo romanus obuiā exercitū esse credens direxit aciē ptra ipsas. Et q iusti q ꝓprie pñt dici arbores fructuose (Marc. viij. Video homines quasi arbores: q. s. bona arbor bonos fructus facit Mat. vij.) ideo habēt radices cordis valde ꝓtensas ⁊ longas: q scz cordis sui affectio attingit vsq ad paradisum ⁊ euz appetat. cordis sui timor attingit vsq ad infernū vt euz fugiat. cordis sui dolor attingit vsq ad ꝓprium delictū vt ipm defleat. cordis sui amor attingit asq ad deum vt sibi faueat. cordis sui dulcor attingit vsq ad amicum vt eum foueat. Unde dico q firmi in bono ꝓposito possunt esse: ⁊ contra lapsum quē introducūt delicie: cōtra impulsum quem irritant diuitie: cōtra insultū quē machinanṫ inuidie. ptra ruinam ⁊ casum quē patiunṫ eminentie firmi ⁊ solidi apparere Ecci. xv. Qui timet deū faciet bona. Sequiṫ. Firmabiṫ in illo. s. in deo ⁊ nō flecteṫ: ⁊ ptinebit eū ⁊ nō ꝓfundeṫ. Justi em̄ etiā in fluctib⁹ tribulationū ⁊ tentationū mediante radicū cordis latitudine recte nauigāt: ⁊ contra quoslibet impetus firmi natant Gene. j. Fiat firmamentū in medio aquarū. Et illud Sap. xiij. Dedisti in mari viam: ⁊ in fluctibus semitā firmissimā. Et nota q res efficiṫ firma. Vñ Jnnitiṫ solido fundamento. Moraliter aūt loq̄ndo Cōstringiṫ valido ligamento. dico. q solidū fundamē Eripiṫ ab hostiū nocumento. tū est veritas. Validum Protegiṫ pluriū iuuamento. ligamentū est charitas. Hostiū nocumentū est demonū iniq̄tas. Pluriū iuuamentū est virtutū cōitas. Firmi sunt ꝙ iusti: q innituṅ fundamento solide veritatis. vicz ipsi xp̄o: qui est via veritas et vita: q firmamentū est dñs timentibus eū ꝑm ps. Et fidei xp̄iane: q̄ est firmissima ⁊ tutissima Col. ij. Firmamētū ei⁹ q̄ in christo est fidei nostre. Et bonis etiā spūalibus ⁊ eternis que sunt incorruptibilia Ecci. xliij. Uas castroꝝ in excelsis in firmamento resplendens: vt ⁊ sic figureṫ in illa domo euangelica Matth. vij. Que fluctibus ⁊ flatibus non fuit obruta vel cassata. Et causa subiungiṫ. fundata enim erat supra firmam petram. Jstud est ergo fundamentū solideveritatis. ij. Thimo. ij. Firmū fundamentū dei stat habens signaculum. Item firmi sunt iusti: quia constringunt̄ ligamento valide charitatis. Uinculum em̄ charitatis quādo ꝓstringit hominē vel astringit deo ⁊ proximo. facit cum firmū in omni bono Ecci. vij. Non te pigeat visitare infirmū: ex his em̄ in dilectione firmaberis. Item firmi sunt iusti quando carent nocumēto totius prauitatis. ℟es em̄ que carent nocumento interius seu exterius corrūpente sunt vt cōmuniter magis firme. patet in corporibus celestibus: que nec interi⁹ nec exteri⁹ habent aliq̄d ꝙ qđ corrūpant̄. ⁊ ideo in firmitate perpetua semp durant. Sic iusti ⁊ maxime isti q per spem affectionū ⁊ contemplationum superius sunt erecti. a cunctis vicioꝝ corruptionibus ⁊ in bono ꝙ cōsequēs sunt magis firmi ℟iere. ij. Firmauit i excelso robur suū. Et Ecci. xliij. Altitudinis firmamentū pulcritudo eius. Item firmi sunt iusti qñ pollēt fulcimēto toti⁹ bonitatis. Sicut. n. multe stipites vndiq̄ sustētātes faciūt firmā arborē. sic multe vtutes boiem. Et sic dico. q bō efficiṫ bene firmus qñ ipm sustentat ⁊ fulcit Justicia liberans equaliter. De iustitia dicitur Pro Clementia cribrans suauiter. uerb. xvj. Justitia firma Constātia vibrans audaciter. tur soliū. De clemētia dr Concordia ligans similiter. Prouerb. xxv. Auser im Mestitia rigans flebiliter. pietatem de vultu regis: Facundia orans humiliter. ⁊ firmabiṫ clemētia thro nus eius. De constantia dr in ps. Qr deus firmauit terraz sup stabilitatē suā: nō inclinabiṫ in seculū seculi. De pcordia dr Leui. xxvj. Firmabo pactū meū vobiscū. De lachrymosa vo mestitia dr in ps. Qr deus firmauit terram super aquas. Vñ de illa cedro dr Ezec. xvij. Qr transportata fuit in vrbe negociatoꝝ vt firmaret radices sup aquas. De facundia vo seu eloquētia dr. ij. Paral. vj. Firmeṫ sermo tuus quē locut⁹ es. Sic ꝙ patet quō inueniṫ firmitas status virtualis. Et hoc ostendiṫ cum dr. Morabaṫ Dauid Mora em̄ ⁊ assuefactio in bono solidat atq firmat: quia ꝑm Ouidiū in libro de remedio amoris. Mora facit vires teneras quoq percoquit vuas. Et validas segetes qđ fuit herba facit. Dauid etiā manu fortis ⁊ vultu desiderabilis signat virū iustū multis virtutib⁹ adornatum ⁊ bonis moribus confirmatū. Vide supra de dauid si vis. Und de tali firmitate dr. ij. Regū. v. Cognouit dauid qđ firmasset dominus eum in regem. Jsta aūt oīa possunt dici de firmamēto ⁊ firmitate ecclesie militantis. que. s. firma est ⁊ ꝙ petua. rōne fundamenti. ligamenti ⁊ iuuamenti. Et ideo ecclesia ꝓprie dicit firmamentū qđ in medio aquarū. id ē. in mundi fluctibus est factum: ⁊ luminaribus. id est. sctis hominibus adimpletum Gene. j. Fiat firmamentum in medio aquarū. Et ibidem. Fiant luminaria in firmamēto celi. Jsta est ergo firmitas status virtualis. Secundo dico. q inuenitur firmitas exterior status tēporalis. Et ista est ꝓprie illa firmitas quā habent pauperes voluntarij: q̄ scz in infimo statu iacent et modicis sunt contenti. Nihil em̄ tam firmū sicut illud quod est infimū ⁊ profundū. Status em̄ infimus teste Ouidio non habet vnde cadet. vnde in libro de ponto dixit. Qr fortuna miserrima tuta ē. Et in libro de tristibus dixit. Ardua ꝙ preceps gloria vadit iter. Et ideo q arduas mūdi glorias ptempserūt ⁊ status pauperes elegerūt. firmi ⁊ stabiles in fide ⁊ moribus ꝓmanserūt. ps. Posuisti firmamentū ei⁹ formidinē. q. d. Paupertas que mūdi diuitib⁹ est formido: est sanctis hominibus firmamentū: qđ oñdiṫ cum dr in deserto Sap. xj. Iter fecerūt ꝙ deserta que non inhabitant̄: ⁊ in locis secretis fecerunt casas. fixio em̄ firmitatem signat. Jsta est ergo firmitas status temporalis. In deserto inquit. Tertio dico. q inuenitur firmitas eterna status supnalis. scz firmitas glorie paradisi. ℟es enim celestes sunt ceteris firmiores. Unde Job. xxxvij. dicitur de celis q solidissime quasi ere fundati sunt. Sic vere beati et bona eterna solida sunt et fir-

ma. nulli defectui vel corruptioni subiacentia: sed perpetuo duratiua sicut in Pſ. dicitur. Etenim deus firmabit orbem terre qui nō cōmouebit: parata est sedes tua extūc Et hoc ostēditur cum dicitur. In locis firmissimis. Loca enim illa sunt firma ⁊ tuta Pſ. Erit firmamentū in summis montiū. superexaltabit sup libanū fructꝰ eius. ⁊ florebūt de ciuitate dñi sicut fenū terre. Et qz locus iste firmꝰ est purus ⁊ altꝰ decet. floridus ⁊ amenus ō illuc introducent solū pſone floride. firme pariter atq; pure. cū locus locato debeat rndere. Un dr Ezech. x. Uidi: ⁊ ecce in firmamēto quod erat super caput cherubin quasi sapbirus. quasi species similitudinis solij apparuit super eum. Ibi enim est

Claritas lucis. Uidi.
Deitas patris. Ecce.
Ueritas fulgens. Cherubin.
Plenitudo scientie. Quasi.
Firmitas constans. Lapis.
Puritas vernās. Sapbirus.
Dignitas regnans. Spes inquit silitudinis solij. Et sic ptz quō iusti gaudēt vt visum est triplici firmitate vel sunt i triplici firmamēto. s. Interiori q̄ est gratie. Exteriori q̄ est fortune. Supiori q̄ est gloie ꝛc.

Lagellum. Nota q̄ flagellū ē instrumētū de ligno ⁊ corrigis factū. ad verberandū alia ordinatū. Signat ergo flagellus quālibet correctionē. punitionē vel castigationē. vel quālibet carnis vel animi inuoluntariā lesione. Dicā ḡ q̄ triplex ē flagellū in scriptura. vicz flagellū Correctionis. Et est flagellum filiorum leuiter verberans. Punitionis. Et est flagellum peccatoꝝ turpiter lacerans. Damnationis. Et est flagellū dānatoꝝ grauiter macerās

Primo ḡ dico. q̄ inuenit flagellū correctiōis verberans leuiter. Nō em̄ duplici flagello vtit. s. flagello q̄ ledit filios ⁊ flagello grosso q̄ ledit azinos. Sic ꝛe deus i vita ista vtit duplici tribulatiōe. s. quadā parua ⁊ charitatiua q̄ ē ad bonoꝝ correctionē. de q̄ in pſ. Fui flagellat⁹ tota die: ⁊ castigatio mea i matutinis. Et q̄dā grossa q̄ ptinet ad supboꝝ afflictiōes ⁊ punitiōes. de q̄ dicit. s. Et aduerte q̄ sic video

Flagellat vestis vt puluis excutiat.
Flagellat puer vt doctus efficiat.
Flagellat stultus ne piculis subiiciat.
Flagellat risus vt pinguis inueniat.
Flagellat catulus vt leo terreat.

Sic vere dico q̄ boni a deo flagellant corrigūtur: ⁊ talit puniunt vt mūdētur a pulueriḃ⁹ vicioꝝ. Constat em̄ q̄ flagella exteriora cōpellūt boiem redire ad cor. ⁊ sic faciunt eū excutere culpas suas exemplo serpētis q̄ flagellatus dicit venenū euomere. Et sic etiā tympanū pcussus ⁊ flagellatū solet sonū ⁊ vocem emittere: qz sez iusti per tribulationem flagellati. venenū vicioꝝ per confessionē euomūt pſ. Quoniā ego in flagella paratus sum: ⁊ dolor meꝰ in ꝓspectu meo semp. Et p gratiarūactiōes ad diuinas laudes insurgūt. ij. Mach. iij. Tu aūt flagellatus annūcia mirabilia dei. Item vt instruant in operiḃ⁹ mādatoꝝ Eccl. xxij. Flagella ⁊ doctrina in oīmi tpe sapiētia. Et Eccl. xxx. Qui diligit filium assiduat ei flagella. Sequit. Qui docet filiū letabit in illo. Itē vt liberet a periculis tormentoꝝ. sez futuroꝝ. Constat em̄ q̄ per flagella stulti abstinēt a cōmittēdis scelerib⁹: ⁊ liberant a penis ⁊ a verberib⁹. Sic vere mūdi flagella ⁊ tribulamina hominē a peccādo impediūt: ⁊ sic a penis eternis liberum eum reddūt Thobie. xiij. Dm̄ tu flagellas ⁊ saluas: deducis ad inferos ⁊ reducis. Item vt inpinguent sanguie meritoꝝ. Ursus em̄ verberatus efficit pinguior. Et polipus verberatus efficit tenerior: quia scilicet quādo iusti tribulant solent teneriores ⁊ humiliores fieri: ⁊ p ꝓsequēs virtutibus impinguari. Constat em̄ q̄ p talia tribulamina iustus in melius conualescit Marci. x. Conspuent eū et flagellabunt: ⁊ tertia die resurget. Item vt terreantur animi peruersoꝝ. Sicut em̄ leo timet quādo videt catulū verberari. Sic mali timēt ⁊ corrigunt quādo vident iustos a dño tribulari. cogitant em̄ illud euangelicū. Si in viridi hoc faciunt: in arido quid facient vel fiet? Et ista est causa quare sicut dicit ad Hebreos. xij. Flagellat deus oēm filiū quem recipit. Unde de Jesu innocente dicit Johānis. xix Et pylatus flagellauit eū. Post dixit. Ecce homo quasi dicat. Ecce exemplū ⁊ bene facientiḃ⁹ ⁊ male compatiue loquendo. Patet ergo q̄ inuenit flagellum correctionis verberans leuiter. Secūdo dico. q̄ inuenit flagellū punitionis seu vexationis vulnerās grauiter. Et istud est illud flagellum quo deus in hoc seculo punit malos. Mos em̄ fuit apud romanos q̄ oēs q̄ securi ꝓcutiebant: primo virgis flagellabant: sicut patet in tito liuio et val. maximo in pluribus locis. Unde etiā de xp̄o morte a pylato damnando dicit Marci. xv. Qz ipse tradidit iudeis Jesum flagellis cesum vt crucifigeret. Sic ꝓculdubio videt deus facere. malos em̄ ⁊ eternis supplicijs fustigādos: solet etiā flagellis penarū temporaliū verberare: ⁊ infernū ipsoꝝ hic ⁊ in hoc seculo inchoare. Exemplū de pharaone qui licet eēt perpetuo a deo puniēdus. fuit tamē in hoc seculo multipliciter flagellatus Eccl. xl. Cōtritio ⁊ flagella super iniquos Et illud pſ. Multa flagella peccatoris: sperantem autē in domino misericordia circūdabit. Istud est ergo flagellum vexationis vulnerās grauiter. Tertio dico. q̄ inuenitur flagellum damnationis lacerans acriter. Et sic p flagellus intelligit pena eterna. qua scilicet corpus ⁊ anima flagellabuntur ⁊ cruciabunt in euum. Unde Sapien. xvj. Impij per fortitudinē brachij tui flagellati sunt nouis aquis et grandinibus: ⁊ pluuijs persecutionē passi sunt: ⁊ p ignē consummati sunt. Unde etiaz de christo in iudicio impios flagellante dicit Maum. iij. De ciuitas sanguinū: vniuersa mendacij dilaceratione plena non recedet a te rapina. vox flagelli. vox impetus rote. ⁊ equi frementis: ⁊ quadrige feruentis: ⁊ equitis ascendentis: ⁊ micantis gladij. ⁊ fulgurātis baste: ⁊ grauis ruine: nec est finis cadauerū. Ista enim ciuitas sanguinū est anima peccatrix. que scilicet mē daciorum. id est. viciorū lacerationē confusa. voce flagelli id est. verbo seuerissimi iudicis concutit ⁊ turbat. quia scilicet statim istam vocem flagelli sequit vox rote. id est. tumultuosa conscientia. vox equi frementis. id est. demonuz austera violentia. vox equitis ascendentis ⁊ gladij micantis ꝛc. id est. terroꝝ potētie diuine ⁊ mestitia. ⁊ vox grauis ruine. id est totalis desperatio ⁊ tristicia. A tali ergo flagello se gaudet beata anima liberatam dicens illud Job. v. A flagello lingue absconderis: ⁊ non timebis calamitatez cum superuenerit. In vastitate ⁊ fame ridebis: ⁊ bestiam terre non formidabis: sed cum lapidiḃ⁹ regionis pactum tuum: ⁊ bestie regionis pacifice erunt tibi. Et sic patz quomodo triplex flagellum est. s. Fructuosum quo ad iustos. Luctuosum quo ad ꝓteruos. Perniciosum quo ad dānatos. Uide de verberare. percutere. ledere ꝛc. Sufficit.

Flama. Nota q̄ flama nihil aliud est q̄ ignis accensus in materia aerea. sicut carbo ē ignis in materia terrea. Est enim ignis de sui natura subtilis ⁊ inuisibilis. verūtamen quando corporali materie coniungit tunc visibilis efficit. Et si in subtili materia ⁊ aerea incorporatus fuerit tunc flama efficit. si grossa vo fuerit materia. scilicet lignea ferrea. vel terrestris: tūc poterit dici carbo. Moraliter ergo loquendo possumus dicere q̄ flama multipliciter sūmitur in scriptura. Sumitur enim flama

Pro angelo spirituali.
Pro homine virtuali.
Pro ardore criminali.
Pro splēdore scientiali.
Pro dolore noxiali.

Sumit dico pro angelo spirituali. Un ad Hebre. j. Qui facit angelos suos spiritus ⁊ ministros suos flamā ignis. Itē sumitur p viro iusto ⁊ virtuali. vnde Apocal. j. dicitur. Qz ipse vidit similem filio hominis: cuius oculi vt flama ignis: et pedes similes aurichalco. Item sumitur pro ardore criminali. scilicet ardore auaricie. iracundie vel luxurie. Unde in psal. Flama combussit peccatores ꝛc. Item sumitur pro splendore scientiali. Unde Sapientie. xvij. Ignis quidem nulla vis poterat illis lumē prebere: nec syderum lympide flame illuminare poterant illam noctem horrendam. Item sumitur pro dolore sensibili ⁊ noxiali. scilicet pro ardore mundanorum ⁊ infernalium tormentorum. Unde Esaie. xvij. Loquens de damnatis ⁊ ydolatris dicit sic. Animam suam non liberabunt de manu flame. Quis ergo flama possit quandoq; accipi in bono: communiter tamen et generaliter in malo accipitur. Unde per flamam intelligitur

Ardor culpe interioris.
Ardor pene exterioris.
Ardor gehēne posterioris.

Sicut enim flama calefacit. vrit ⁊ ꝓsumit. Sic flama culpe et concupiscentie per mala desideria calefacit. Flama temporalis pene per diuer-

ne tribulationes nos vrit. Flama pene eterne suis perpetuis ignibus malos ledit. Notare ergo possumus q̄ quadruplex flama in scriptura generaliter inuenit. videlicet
Appetenda. Fugienda. Sustinenda. Metuenda.
Appetenda dico. z ista est flama charitatis. Charitas enī cōparat flame Canti. viij. Fortis est vt mors dilectio. Secūt Lampades ignis atq; flamarum. Sicut enī salamādra viuit in flama z in igne: sic iustus viuit in amore z charitate: z sic flama eleuat si pōt materiā in quam agit: qz tendit piramidaliter versus celū. Sic flere flama z feruor charitatis cor inflamatū eleuat ad paradisum. Figura ad hoc Judicū. xiij. vbi dr. Or in flama sacrificij angelus ascendit in celū: qz ꝓcerto illi q̄ sunt angeli p puritatem: qui sunt inflamati p charitatem. ascendūt faciliter ad celum per desiderium et voluntatem. Ista est enim flama
Illuminans nostram cecitatem. Eliminans nostram prauitatem. Conglutinās dei bonitatē. s. ad boues.
Isti. n. sunt tres effectus flame. s. illuminare: purgare. calefacere: qz. s. flama charitatis nr̄e. mētes nr̄as solet illuminare Apoc. xix. Oculi eius flama ignis. Culpas nr̄as solet purificare Mūe. xxxj. Dñe q̄ pōt trāsire p flamas igne purgabit. Deū erga nos solet calefacere z inflamare Exo. iij. Appuit dñs in flama ignis. Ista est q̄ flama appetenda. s. flama charitatis. Flama q̄ est fugiēda est flama mūdane cupiditat̄. s. luxurie. auaricie. inuidie z ire cādie. Ista est enī sicut ignis q̄ cōburit siluā: z sicut flama cōburēs mōtes. Ista est illa flama fornacis babylonice q̄ eripuit z incendit q̄s reperit iuxta fornacē de chaldeis. sicut dr Dañ. iij. Fornax enī babylonis est mūdi ꝓsperitas vel flama ꝓcupie vel ire cūdie: q̄ chaldeos. i. pctores diuersimode accēdit z vrit. Juxta illud pr̄. pdictū. Flama combussit pctores. Tales enī flame bonos nō ledunt: nec eos calefaciūt aut cōburunt Sap. xix. Flame ecōtrario corruptibiliū aialiū nō vexauerūt carnes coambulantiū. Flama q̄ est sustinēda ē pena tpalis aduersitatis. vñ ista ē illa flama in q̄ fenix seipam accēdit z inflamat renouat et in q̄ seipam et post incinerationē in auem pristinā trāsformat. Quia reuera charissimi mlti sunt in igne tpalis tribulationis efficiunt meliores. ita q̄ ab antiqua ꝓuersatiōe renouant̄ z in meli? cōmutant̄. Jsta. n. flama q̄ licet cruciet et affligat iustos tm̄ nō destruit neq; dānat. Sunt enī sicut ille aues caristie q̄ fm Solinū i flamis impune volant. Vñ dñs videt̄ cuilibet tali dicere illud Esaie. xliij. Cū ambulaueris p ignē nō cōbureris: z flama nō ardebit in te. Flama metuēda est pena eterne calamitatis. Vñ diues Luce. xvj. petijt vt Lazarus gutta aque temperaret ardorē lingue eius: qz inq̄t crucior valde in hac flama. Jdeo talibus damnatis q̄ flamis eternis accendunt̄ pōt dici illud Esa. xl. Dñes vos accēdētes ignē: accincti flamis. Et Esa. xlvij Mō liberabūt aiaz suā de manu flame. Sic q̄ ptz q̄ in scriptura multiplex flama inuenit̄. Vide. j. de Jgne.

Flare. flatus. Nota q̄ flatus est illud spiraculum qđ ab ore emittit̄ z per flatur. Accipit̄ aūt pro quolibet spiraculo venti. Et moraliter loquendo flatus qui ab ore emittitur signat quamlibet verbalem ordinationem: seu sententie prolationem. suggestionem pariter z diffusionē. Dicam ergo q̄ inuenit̄ur in scriptura quidam flatus superni numinis.
Flatus dei qui est mirabis. Flatus boīs q̄ est mutabilis. Flatus bestis q̄ est dānabilis.
Flatus dei signat sue voluntatis ostēsionē z sue gr̄e inspirationē. Et sic dicaz q̄ a deo ꝓcedit. Quidam flatus estuantiū tpatiuus. Quidam flatus nauigantiū ꝓparatiuus. Quidā flatus fluctuantiū dissipatiuus. Primo igit̄ dico. q̄ est flatus dei mirabilis. vel flatus diuini numinis. q̄ est flatus diuine gr̄e z sue inspiratōis. Flando enī. i. inspirādo gr̄am z spūm sctm̄ immittit: z ignē charitatis accēdit: z ignē cupiditat̄ extinguit: z nauē. i. aiam ad paradisi portū feliciter ducit. Constat enī q̄ p eundē flatum vnus ignis extinguit̄ z alius inflamat̄. Temperat g̃ iste flatus ignē improbe cupiditatis. Unde de pueris q̄ erāt in fornace babylonis dr Dañ. iij. Or fecit dñs in medio fornacis quasi ventū roris flantē q̄ impediuit ne lederent̄ ab igne. Vñ in ps̄. Flauit spūs eius z fluent aque. Aque dico gr̄arū vel lachrymarū q̄ sez temperāt malos ardores. Jtē iste flatus accendit ignē amoris z charitatis Lu. xij. Cū videritz austrū flantē dicitis estus erit. Jtē ꝓducit ad portū salutis z securitatis Actū. xxvij. Flāte austro sed̄a die venim? puteol'. Jtē ē flatus diuine iusticie z p eū immisse tribulatōis. Constat enī q̄ per flatum
Lutum desiccatur. Aqua congelatur. Puluis effugatur. Jter ꝓperatur. Lachryma generat̄.
Talis ꝓcerto est spūalis dei flatus qui. s. ipsius prudentiā z iusticiam ordinat. Jsta enī lutū carnalitatis desiccat Exo. xl. Repēte flauit z exaruerūt ꝛc. Aquā fragilitatis ꝓstringit: fortificat z congelat Job. xxxvij. Flante deo cōcrescit gelu. Puluerē cupiditatis effugat. Vñ Exo. xiij. Abstulit illud dñs flante vēto vehemēti. Illud dico. id est mare per qđ insatiabilitas auaricie designat. Item ad paradisum accelerat Actu. xxvij. Scđm flatum aure tendebant ad littus. Lachrymas vo compūctionis inducit z generat ps̄. Flauit spūs eius z fluent aque. Item est flatus diuine potētie z sue iurisditiōis. Et iste erit in iudicio quādo flatus diuine sententie malos in eternam damnationem vrgebit. Flatus enim intemperatus z excessiuus lucernas extinguit. flamas accendit. naues subuertit. mare concutit. domos subuertit vel destruit: z frigus generat et inducit. Sic ꝓcerto sententia iudicialis que ore diuino fabrik̄: z ipsa pena eterna q̄ per eum impijs infligek̄. lucernā vite extinguit. flamas eternas succendet Esaie. xxx. Flat? dñi sicut torrens sulpburis. Naues. i. mundi diuites oneratos subuertet Exo. xv. Flauit spūs tuus et operuit eos mare submersi sunt quasi plumbū in aquis vehemētibus Domos. id est. mūdi status destruet z ꝓfundet Matthei. vij. Flauerūt venti z irruerūt sup domū illā z cecidit. Frigus eterni doloris inducet Ecci. xliij. Frigidus vēt? aq̄lo flauit z gelauit cristallus ab aq̄. Sic g̃ ptz quō inueniunt̄ quidā flat? supni numinis ꝛc. Scđo dico q̄ inuenit̄ quidam flatus mortalis boīs. Et sic dico q̄ inuenit̄ in homie
Flatus vitalis qui cito deperit. Flatus verbalis q̄ bonos ꝓterit. Flatus moralis q̄ mentē aperit.
Est ergo flatus in homine vitalis qui mortalis dr̄sistit. De q̄ Dañ. v. Deum q̄ habet flatum tuū in manu sua: z oēs vias tuas nō glorificasti. Item in eo est flatus verbalis q̄ bonis resistit. Et iste est flatus detractionis qui est sicut flatus ventis q̄ inflamat aerem. Et ideo detractor pōt dici ille serpens flatu adurens. de quo fit mētio Deutero. viij. Jtē est in eo flatus moralis qui deo assistit. Et iste est flatus deuotiōis z orōnis. De quo potest dici illud Job. xxviij. Si direxerit. scz homo ad deum cor suum spiritū eius z flatum ad se trahet. Jste est ergo quidā flatus moralis vel mortalis hominis. Tertio dico: q̄ inuenit̄ flatus bestialis turbinis. i. dyabolice suggestionis. Unde de dēmonibus dicit̄ Deutero. viij. Or in deserto. i. in mūdo erat serpens flatu adurēs. z scorpio ac dispas z nulle oīno aque. Sufficit de flatu vide etiā infra de spiritu z de vento.

Flectere. Nota q̄ moraliter loquendo: ego inuenio. s. Unum flectere qđ est fragilitatis. Unū flectere qđ est humilitatis. Unū flectere qđ est benignitatis. Primo ergo dico. q̄ est vnū flectere fragilitatis qđ signat inconstantiā. Illiqui enī sunt inconstātes z molles: z statim a constantia z iusticia se flectentes. Similes colūnis salicum z vlmor: que non sunt solide neq; firme: z que onere cito deficiunt z flectunt̄. quia sez tales nesciunt in firmitate z soliditate iusticie ꝑmanere. Contra quos Deutro. xxv. de muliere manū ad verenda viri rumpenda mittente dicit̄ sic. Abscides manū illius: nec flectet̄ sup illam aliqua misericordia. q. d. Si flecteris talis flectio est incōstantie non iusticie. quem etiā rigorem ipse deus ꝓtra obstinatos obseruabit z potissime ꝓtra damnatos. Unde Piere. xxj. dicit̄. Or dñs ꝑcutiet eos in ore gladij z nō flectet̄. neq; paccet. neq; miserebit̄. Et b:euit̄ illi q̄ nimis facile flectunt̄. vitupabiles iudicant̄: qz etiam sicut dicitur Judicū. vij. Illi q̄ flexerūt poplices vt biberent fuerunt a prelio repudiati. Illi vo qui bibendo steterūt fuerūt ad p̄lium approbati. Istud est ergo flectere fragilitatis quod signat incōstantiā. Secūdo dico. q̄ est vnū flectere humilitatis quod signat reuerentiā. Et sic dico q̄ flectio genuum reuerentiā signat z humilitatē. Et vide q̄ genua fle

ctimus qñ aliq̄d bñ̄liter supplicam⁹: vel reuerentiā exhibeamus. Genua eñ sunt mēbra q̄ sunt flexibilia. ad significādū q̄ oīs superbia humana loco ⁊ tpe debet flecti. ⁊ ad humilitatē ⁊ obedientiā inclinari. ij. Paralip. vlti. Et nūc flecto genua cordis mei precās ad te bonitatē dñe. Aduerte tñ q̄ genua boīm flectunt̄ in posteri⁹. genua vo bruto⁹ vt cōiter flectunt̄ in anteri⁹. Ecōuerso aūt est de cubitus boīm ⁊ de genib⁹ anteriorib⁹ aialium. q. s. cubitus humani flectunt̄ in anteri⁹: ⁊ genua anteriora aialiū flectunt̄ in posteri⁹. Ista est ꝯ regula q̄ membra anteriora in boie flectunt̄ in anterius: posteriora in posterius sicut cōgruū est rationi. In brutis vo anteriora in posteri⁹: posteriora in anterius ꝓtra regulam rōnis. Sic vere dicam loquēdo moraliter: q. tam bonnies q̄ bruta. i. tam boni q̄ mali duo habent genera membro⁹. scz anteriora que signant opera intellectiue: ⁊ posteriora q̄ signant opa sensitiue. Sic est q̄ homines. i. iusti flectunt mēbra sua eo mō quo debēt. vicz anteriora in anterius ⁊ posteriora in posterius: q. licet posteriora. i. sensualia tendant naturaliter in posterius. i. versus temporalia ⁊ terrena. que. s. post nos remanebūt ꝓter necessitatē corpis ⁊ fragilitatē vite. tamē anteriora que sūt ratio ⁊ ꝓsideratio. ꝓtemplatio ⁊ affectio taliū semp flectūtur in anterius. s. superius. versus celum Pbil. iij. Que retro sunt obliuiscēs. ad ea vo que priora sunt extendēs me ipm. destinatū. psequor ad brauium. In brutis vo. i. in peccatoribus. anteriora. i. rōnalia flectunt̄ in posteri⁹ ad mūdi bona. posteriora vo eo⁹. i. sensualia flectunt̄ in anteriora. i. ad celestia. Constat eñ q̄ mali videnť q̄ñq̄ brutaliter eterna petere ⁊ tamē ꝓstat q̄ mētaliter solent ad posteriora. i. ad temporalia inbiare Ecc. j. Girat ad meridiē ⁊ flectit̄ ad aquilonem. Est ergo vnū flectere qđ signat humilitem ⁊ reuerentiā Dañ. vj. Tribus tpibus in die flectebat genua sua ⁊ adorabat. Allega ꝓtra illos si vis qui similes elephanti nequeūt flectere genua cordis sui. Tertio dico q̄ ē vnū flectere qđ signat benignitatē ⁊ clementiā. Aurum eñ purū optime flectit̄: cuprū ⁊ ferrū nō sic. Sic vere boni ad misc̄iam cito flectunt̄. mali vo citius rumpuntur q̄ flectant̄. ij. Macha. iiij. Fletus ad misc̄iam lachrymas fudit. Sufficit. Vide de genu.

Fletus. flere.

Nota q̄ fletus. planctus. ploratus. lachrymatio. luctus. lamentū. quasi ꝑ eodē accipiunt̄ in scriptura. Significant enim generaliter dolorem. merorem. angustiam. tristiciam ⁊ miseriam. Et ideo possumus distinguere q̄ est. Quidaz

Fletus interior.
Fletus exterior
Fletus posterior.

Est enim fletus.

Interioris contritionis.
Exterioris vexationis.
Posterioris damnationis.

Fletus ꝓtritionis ē exercendus. Sic faciebat Esaias. Esa. xxij. d. sic. Recede a me ⁊ amare flebo. Et idē. xxxiij. Angeli pacis amare flebūt Fletus tribulatōis ē sustinēdus. Ūñ Judic. ij. Descendit angelus dñi de galgala ad locuz flentiū Fletus vo dānationis est metuēdus ⁊ pcauēdus. Ūñ de fletu ꝑpetuo infernalis miserie loquit̄ Math. viij. ⁊. xiij. Ibi erit fletus ⁊ stridor dentiū. Dico ꝯ q̄ est q̄daz fletus virtuosus. Et iste ꝑculdubio ē fletus ꝓtritionis ꝑ pctō⁹ ꝓsideratiōe. Flet⁹ cōpassionis ꝑ ꝓximo⁹ tēpssione. Fletus desolationis ꝑ gaudio⁹ dilatiōe ⁊ ꝑ bui⁹ mūdi miserie ꝓlongatione ⁊c. Pro bis eñ tribus causis solēt sancti flere in isto mūdo et spūaliter ꝓtristari: q. ꝑcerto ex hmōi fletib⁹ sequit̄ ꝓsolatio paradisi. Juxta verbū saluatoris Joh. xvj. vbi dī Amē amē dico vobis: q. plorabitis ⁊ flebitis vos. mūdus autē gaudebit. vos aūt ꝓtristabimini: ꝯ tristicia vra vertetur in gaudiū. Sicut eñ videm⁹ q̄ post resolutionē pluuiaz aer remanet serenus ⁊ clarus. Sic ꝑculdubio post resolutionē lachrymaz sequit̄ status paradisi q̄etus. vñ Lu. vj. Beati q̄ nūc fletis: q. ridebitis. Istud bene ꝑuiderat Esaias q̄ dicebat illud ꝓallegatū. Esa. xxij. Recedite a me. ⁊ amare flebo. nolite incūbere vt ꝓsolemi me. Inē oia aialia de mūdo illud qđ ē magis flebile et qđ libēti⁹ lachrymas emittit est bō. qđ vtiq̄ ꝑm aliquos facit sui cerebri humiditas. Et in hoc possum⁹ doceri q̄ nos alij q̄ntomagis sum⁹ boies. i. q̄ntomagis sum⁹ rōnales. tāto ꝑcerto magis debemus flere ⁊ dolere: ⁊ a mūdi solacijs abstinere. Si eñ sum⁹ rōnales ⁊ rōnabiliter ꝓsiderātes q̄lis est nre nativitatis vilitas: q̄lis est nri incolat⁹ penalitas: q̄nta ē mūdi miseriaz immēsitas: q̄ dubia ē mortis future necessitas. q̄ longe distat eternoz bonoz felicitas. ꝑcerto nos dolebim⁹ ⁊ flebimus. ⁊ vitā nr̄am in planctu ⁊ gemitu deducem⁹. Jurē ꝓsilū apli di. Oportet flere cū flentib⁹: ⁊ gaudere cū gaudentibus. ad Ro. xij. Flere. s. cū flētib⁹ in pnti miseria: ⁊ sic gaudebim⁹ cū gaudētib⁹ in celesti glia. Exponē ꝯ possum⁹ illud ps. Sup flumia babylonis illic sedim⁹ ⁊ fleuim⁹ dū recordaremur tui syon. In q̄bus vbis oñdit̄ triplex cā q̄re iusti ⁊ boni in ħ seculo solēt flere. Flent. n. ⁊ ꝓristant̄ ꝑ Mundanā afflictionē. Mūdi afflictio ptz ex flumie su
Virtutū defectionem. per q̄ nos sedemus: q. nos sede-
Gloríe dilationem. mus sup flumia. s. tribulationū. Moz defectio ptz ex ordine q̄ nos carem⁹. q. s. nos sum⁹ in babylone. i. in cfusione ⁊c. Celi dilatio ptz ex culmine q̄ nos volem⁹. q. s. nos recordamur tui syon. Fleam⁹ ꝯ charissimi ꝑter Jllatā multitudinē tormentoz. Propter innatam turpitudinē seu aptitudinem viciorū. Propter dilatam plenitudinem gaudiorū. Dico ergo primo q̄ debemus flere ex tormentoz afflictione: qđ oñdit̄ cum dicit̄ q̄ nos sedem⁹ sup flumia. In fluminib⁹ eñ tribulationū sedem⁹. cū. s. in pnti miseria fluctuam⁹. Ūñ q̄libet pōt cōparari ciuitati alexādrie. de q̄ dī Maum. iij. Alexādria populoz bitat in flumib⁹. Sicut ꝯ ceruus a canib⁹ artat⁹ et infestat⁹ ꝓsideras se nō posse euadere solet flere ⁊ mugire ⁊ ad boiem vltro refugere et venire sicut dicit Auicēna li. viij. Sic ꝑculdubio iustus dū videt se in hac miseria a canibus ⁊ a venatorib⁹. i. a diuersis generib⁹ tribulationū ⁊ afflictionū infestari: ⁊ certi sunt q̄ dum viuūt nunq̄ euadere poterūt mūdi penas ipsi nō imerito flere. mugire ⁊ dolere tenent̄: ⁊ ad boiem. i. ad dēū recurrere ꝓpellunt̄. Ūñ de talibus dī Hiē. l. Veniēt filij iuda ⁊ filij isrł simul ambulātes ⁊ flentes ꝑgerabūt ⁊ dñm deū suū q̄rent in syon: interrogabant viā. Filij inḡt iuda ⁊ filij isrł. i. boni viri ⁊ iusti dū cōfitentes: ⁊ deū videtes ⁊ ꝓtēplantes. dū hic in terris inueniunt tot cās luct⁹ ⁊ fletus. Mat. vij. Venerūt flumina ⁊ flauerūt venti ⁊ irruerūt supra domū illā. Istam miseriā bene ꝑcipit bō cuz nascit̄. q̄ statim incipit flere ⁊ primā vocē plorādo emittere: ⁊ suo fletu miseriā in quā intrat indicijs pignare ⁊ prenosticare. vñ dicit Bern. tractās illud Job. xiij. Homō nat⁹ de muliere breui viues tpe. Homō inḡt nat⁹ de muliere iō cū reatu. breui viues tpe iō cuz metu. replet̄ multis miserijs. ideo cū fletu. Flere ꝯ debem⁹ ꝑ tormētoz afflictionē. vñ Hiē. xxij. In fletu veniēt ⁊ p tornētes aquarū deducā eos in viā rectā. Istud tñ nō aduertūt multi. q̄ q̄uis sint in loco fletus ⁊ luct⁹. s. in misera vita ista. ipsi tñ gaudēt ⁊ solacianť. Et q. hic flere nolūt. ad fletū eterne miserie deducē-
tur. vñ dicit Gregorius in moral. Lachrymaz cās q̄dā ridentes pagūt et mortis sue negocium tripudiātes exequunt. Istis ꝯ dī illud Luc. vj. Ve vobis diuitibus q̄ hic habetis ꝓsolationē: q. lugebitis ⁊ flebit⁹. Ista ē prima cā q̄re debemus flere. s. ꝑ tormētoz afflictiōez. Sup flumia inḡt sedim⁹ ⁊ fleuim⁹ Mee. s. Cūq̄ audissem vba bui⁹ sedi ⁊ fleui. Secdo dico q̄ nos debem⁹ flere ꝑ vicioz infectiōez vel defectōem. cū dī Babylonis. Babylon. n. ꝓfusio interpretat̄. Babylon ciuitas fuit ydolatraz. Babylō inimica fuit dei cultoz. Babylon a rege crudeli Nabucbod. fuit edificata. Babylon mō a cūctis generib⁹ bestiaz ē inhabitata. Sic dī Dañ. iij. ⁊ Esa. xiij. Ista ciuitas charissimi ꝑ culdubio sigt statū pcti: q̄ iō ꝓfusio interpretat̄: qz ī pctō oia ꝓfusa ⁊ sine ordine inueniunt̄. ibi. n. ancilla. i. caro dñatur. dña. i. aīa famulat̄. Ibi etiā illud qđ dz esse supius ꝑ ptēplationē: vicz mens ⁊ affectio efficiunt̄ inferi⁹ ꝑ terrenoz auariciā ⁊ ambitōnē. vñ Apoc. xviij. dī. Ve ve babylon ciuitas illa magna. Ūñ de ista ꝓfusione dic̄ Bern. Ancillā dñari vel dñam ancillari magna abusio ē. In ista. n. ciuitate Nabucbod. i. dyabolus sicut dñs impat: ibi etiā multitudo bestiarū. i. pctoz inhabitat. Quādo ergo viri boni ⁊

iusti ad istam ciuitatē.i. ad pfusionē pcti aliquo casu pue-
niūt: vel olim se pcussse sentiūt: tunc merito grauī fletu et
meroze se afficiūt. ꝙum.s.in ciuitate pcti se detētos ⁊ capti
uos aspiciūt. Et iō dī in tit. Tre.j. Postq̄ in captiuitate re
ductus ē isr̄l. sedit Hieremias flens ⁊ plozās lamētatione.
Sicut.n. mandragoza dī clamare qñ a terra eradicat. sic
,pculdubio viri iusti ⁊ boni qñ a suo fundamētali pncipio
.s.a deo p aliqđ pctm̄ se viderint auelli: ipsi ,pcerto clama-
re ⁊ flere nosc̄nt: ⁊ pfecte etiā penitere. sicut apparuit in
Petro Mat. xxvj. Qui postq̄ dn̄m negasset: egressus fo-
ras fleuit amare. Et iō sicut Petr⁹ p fletū impetrauit pcti
sui remissionē. Ezechias etiaz rex ipetrauit p fletū vite sue
plongationem: sic vt dī Esa. xxxviij. Fleuit ezechias fletu
magno ⁊c. Per fletū q̄z Susanna impetrauit de manibus
falsoꝝ iudicuz liberationē. Sic dī Dañ. xiij. Sic ,pcerto p
fletū cōpūctiōis ⁊ dolozis veniā a deo reportam⁹. vitaz gre
plongam⁹: ⁊ nosipos de manib⁹ demonū deliberam⁹. Si-
cut em̄ narrat in fabulis poetaꝝ. Cygnus Steneli fili⁹ ex
materno genere frater phetontis: cū fleret de fulminatōne
sui fratris quē iupiter fulminauerat. ,puersus fuit in auem
fluuialē albissimā. q̄ nūc cign⁹ cōiter appellat. q̄ solet i flu
minibus habitare: ⁊ p cantu gemere seu flere Duid. li. ij.
Metb. fab. iij. ⁊c. Sic ,pcerto charissimi si fletū cōpūctōis
ptritiōis ⁊ cōpassionis frequētauim⁹. ,pcerto nos de boie
in volucrē. de pctōre in viruz spūalē mutabimur ⁊ puerte-
mur: ⁊ fluuiales ⁊ cādidi. flebiles parit ⁊ gemebūdi. i. pfe-
cti deuoti ⁊ casti decetero efficiemur sic loquit Joel. ij. Cō
uertimini ad me in ieiunio: ⁊ fletu: ⁊ planctu. Flendū est ꝯ
,pter ,pria iniqtatē. Añ dī Joel. j. Exprgiscimi ebriī ⁊ flete.
Propter ,primoꝝ necessitatē: sic faciebat Job. xxx. q̄ di
cebat. Flebā quōdā sup eo q̄ afflict⁹ erat. Et Lu. xix. dicit
Oz videns Jesus ciuitatē fleuit sup illaz. Itē ,pter mutuū
amorē ⁊ charitatē. sicut dī de ioseph Geñ. xlvj. q̄ inter am
plexus beniamin fleuit. Et Thob. xj. dī. q̄ fleuerūt ambo
p gaudio. Sic ꝯ ptz q̄ nos debem⁹ flere ,pē vicioꝝ pfusio
nē. q̄ pfusio notat i noie babylonis: q: sicut dī in ps. Filia
babylonis misera ⁊c. Tercio dico q̄ sancti ⁊ iusti in isto
mūdo flent ,pē gaudioꝝ dilationē q̄ oñdit cū dī. Duz re-
cozdaremur tui syon. Sicut.n. captiui solēt flere qñ vident
pditam libertatē: fatui ⁊ miseri solent flere qñ psiderāt vē
ditā bereditatē: bāniti ⁊ relegati solēt flere qñ psiderāt ve-
titā ⁊ interdictā pīe dulcedinē ⁊ amenitatē (q:.s.pm leges
vnicuiq̄ patria sua ē dulcissima) Sic ⁊ nos captiui in boc
mūdo ⁊ a libertate: bereditate ⁊ patria padisi exclusi ban-
niti ⁊ relegati debem⁹ suspirare ⁊ flere. dum ipam celestez
patriā vel celestē gloriā recozdamur: ⁊ dū ab ipa sicut pe-
regrini ⁊ bospites exulamur. Dum recozdaremur inq̄t tui
syon. Et ad boc monet nos Esa. xlvj. Redite preuaricato
res ad coz. recozdamini pozis seculi. Paradisus.n. dī pri⁹
seculū: q: ⁊ bomo ⁊ angelus ibidē pus babitauerūt: ꝯ suis
demeritis exigētibus exinde banniti relegati ⁊ expulsi fue-
rūt. ergo ,p patrie dilatiōe debem⁹ flere. suspirare ⁊ wlere.
⁊ ad ipsam totis desideriis anbelare. Exēplo susanne de q̄
dī Dañ. xiij. q̄ flēs suspexit in celū. Jstud ē ꝯ irriguū supe
rius qđ dedit calepb filie sue in bereditatē. sicut dī Josue
.xv. ⁊ Jud. j. Scōm.n. Greg. filia ista sigt aiam q̄ a pīe deo
,p pnti bereditate accipit duplex irriguū. i. duplices lachry
mas seu fletus. s. inferius ⁊ supius. quātū. s. ipsa plorat ,p
pntis miserie tribulatiōe. ⁊ p supioris gloie dilatiōe. Jste
est ꝯ triplex fletus bonoꝝ ⁊ pfectoꝝ: q:.s. flere debemus

Pro dilatione celestium gaudioꝝ.	Fleam⁹ ꝯ ,p istis
Pro cōmissione mentaliū vicioꝝ.	causis vt exinde
Pro afflictione terrestriū tormētoꝝ.	ad leticiam venia

mus. vt tēpus nr̄m debite expēdamus. vt ad talē fletū ali-
os ,puocemus ⁊ inuitem⁹. Flenduz est ergo ,pter futurā
consolationem. Añ Tho. iij. Post lachrymationē ⁊ fletuz
exultationē infundis ⁊c. Jtem flendum est ,pter tempo-
ris conditionem: quia sicut dicit Eccs. iij. Tempus flendi
Jtem flendū est ,pter aliorū ,puocationem. Sicut dicit
.j. Esdre. x. q̄ flente esdra fleuerūt alij. Et ideo pro ista vl-
tima causa legitur xp̄m ter fleuisse. s. in lazari suscitatione.
Sup ciuitatz futura tribulatōe. Jn cruce ⁊ in passione ⁊c.
Vide si vis in distinctionibus Mauricij vnde illud vlti-
mum accepi. Et nota q̄ bonus fletus frequentandus est.

Quia facit ad deum currere. Per fletuz em̄ ad deum
Quia facit eterna cernere. currim⁹ celeriter. Citꝰ
Quia facit mortem effugere. em̄ vadit bō p aquā na-
Quia facit celum ascendere. uigando q̄ p terrā itine
rando. Unde Hiere. l. Ambulātes ⁊ flentes ,perāt ad do-
minū deum suū. Jtem p fletum eterna cernimus celeriter
scz ptemplādo. Celum em̄ melius videt post pluuiā aere
purificato. Unde de Susanna dī Dañ. xiij. q̄ flens suspe-
xit in celū. Jtem p fletū mortem effugimus sagaciter. Un
de d̄ Ezechia rege dicitur Esa. xxxviij. q̄ audita morte sua
vertit se ad parietē ⁊ fleuit fletu magno: ⁊ impetrauit ,plō-
gationē vite. Itē p fletum celū ascedim⁹ finaliter. ij. Reg.
.xv. Dauid ascēdebat cliuū oliuaꝝ flens ⁊ coopto capite.
Et bec de bono fletu sufficiāt. Sed si volum⁹ possumus
notare de malo fletu q̄ triplex ē gñalit malus flet⁹. Est em̄

Fletus ficte cōpassionis.	Fletus ꝯ ficte compassiōis
Fletus triste damnationis.	ptinet ad vsurarios dēpda
Fletus false deceptionis.	tores q̄ recte vident flere ⁊

miserijs pauperū cōdolere dum eis aliq̄d accomodāt seu
prestant: q̄ tamē finaliter ipsos exheredāt ⁊ molestāt. Un
de tales sunt similes crocodillo qui inueniēs boiem iuxta
fluuiū occidit eum: ⁊ postmodū plorat eum: ⁊ finaliter de-
uorat ip̄m. Sic vere tales vsurarij paupes primo occidūt
ipsos in suis cōtractib⁹ irretiēdo ⁊ obligando. tandē ipos
flent ⁊ plorant eis ficte cōpatiēdo ⁊ eis ad mutuū prestan
do. finaliter vo ipsos deuorāt eos exhereditando ⁊ penit⁹
psumendo. Unde isti ꝑm dictū apli possunt dici illi q̄ flent
tanq̄ non flētes: ⁊ q̄ gaudēt tanq̄ nō gaudētes. j. Coz. vij
Fletus vo deceptionis ptinet ad falsos amicos ⁊ pdi-
tores. De q̄bus dī Eccl. xij. Oculis suis lachrymabit ini-
micus: ⁊ si venerit tēpus non satiabit sanguine. De q̄bus
Ouidius ait. Ut flerēt oculos eruditre suos. Fletus vo
finalis dāpnatiōis ptinet ad miseros mortuos peccatores.
q̄.s.ppe habent flere in inferno: similes illi lapidi q̄ di-
cit enidros. q̄.s.ppetuo ⁊ cōtinue emittit lachrymas. Un
de de ipso dicit in lapidario ppetui fletus lachrymas di-
stillat enidros: quia. s. isti damnati perpetuo babēt lachry-
mas emittere ⁊ ppetuis fletibus suspirare: iuxta illud Lu
ce. xiij. Jbi erit flet⁹ ⁊ stridoz dentiū. Et bec de triplici ma-
lo fletu sufficiant ⁊c.

Flos. florere. Nota q̄ flos nibil aliud ē q̄ quedā originalis materia re-
spectu fruct⁹. Flos.n. pcedit fructū sicut via pcedit termi-
nū. sicut pmisse pcedūt pclusionē. sicut materia pcedit rei
pfectiōez. Est.n. flos illud qđ i arboze exteri⁹ videt: ⁊ illud
qđ pmo ⁊ pncipaliter oculis intuet. Pōt ergo flos diuer-
simode significare in scriptura. Per florem em̄ intelligit

Interioꝝ affectio.	Per florē dico intelligitur interi
Exterioꝝ puersatio.	oꝝ affectio: q:.s. sicut flos pcedit
Virtutū accumulatio.	fructū ⁊ est ei⁹ materia. Sic bo-
Juuentutis incboatio.	na affectio pcedit bonū opus ⁊
Prosperitatꝫ psolatio.	est ei⁹ pncipiū ⁊ origo Eccl. xxiij

Flores mei fruct⁹ bonoꝝ ⁊ bonestatis. ⁊ Geñ. xl. Vide-
būt post flores vuas maturescere. Itē p florē intelligit ex-
terioꝝ puersatio. Añ Cant. ij. Flores apparuerūt in terra
nr̄a. Itē p florē intelligit grāz ⁊ vtutū decozatio: ideo no
bis pcipit Eccl. xxxix. Florete flores ⁊ q̄si liliū date odorē
Itē p florē itelligit iuuētutis icboatio Job. xiij. Quasi flos
egredit. Itē p florē intelligit mūdi ,prperitas seu trāsito-
ria cōsolatio: q̄ bz naturā valde debilē ⁊ faciliter decidit.
Sic mūdi ,prperitas valde ē fragilis ⁊ facilit trāsit ⁊ perit
Añ. j. Pet. j. Gloria vr̄ q̄si flos feni exiccatū est fenū ⁊ ce
cidit flos. Sic ergo patet quomō flos diuersimode sumi-
tur in scriptura. Dicam ergo breuius q̄ est quidam Flos

Virtualis pfectionis.	Prim⁹ est flos quē debem⁹ bie.
Tpalis successionis.	Scds ē flos quē debem⁹ boꝛē.
Eternalis recreatiōis.	Tertiꝰ ē flos q̄ debem⁹ gaudere.

Dicam⁹ ergo primo aliq̄d de floze virtualis pfectionis: ⁊
dicamus q̄ sicut arboz nō est pfecta q̄ floribus nō decoza-
tur: ⁊ q̄ fructib⁹ non fecundat. Sic bomo nō pōt dici pfe-
ctus q̄ floribus virtutū nō est ornatus: ⁊ q̄ fructib⁹ bono-
rum operū nō est repletus. Et ideo ad babendū tales flo-
res monet scriptura dī. Eccl. xxxix. Florete flores ⁊ quasi
liliuꝫ date odorē. Jn q̄bus verbis oñdit q̄ sicut in floze

est dare humorē. colorē. odorem. Sic in ⁊tuali perfectione est dare humorē seu fluxus pietatis. Florete inq̄t. i. fluxē habete. qz flos dicit a fluendo. Itē colorē seu decorem honestatis. q̄ ostendit cum dicit. nos. Item odorē seu nitorē castitatis. quasi inq̄t lilia. Dico ergo q̄ si volum⁹ esse floridi p sanctitatē. nos debem⁹ esse fluidi p pietatē. qđ ostenditur in vocabulo florete. i. fluxē pietatis habete. Flos em̄ ē naturalit̄ mollis ⁊ humid⁹. in tactu suauis ⁊ fluid⁹. qz vere illi q̄ per sanctitatē volūt esse flores ⁊ floridi. debēt p pietatē ⁊ benignitatē esse molles ⁊ humidi. semp em̄ debet in alios fluere. ⁊ p pietatem se ⁊ sua ad alios dilatare. Juxta illud Joel. iij. Stillabūt montes dulcedinē. ⁊ colles fluent lac ⁊ mel. Montes em̄ sunt viri p̄fecti. q̄ dulcedinē pietatis ⁊ clementie. lac benignitatis ⁊ modestie. mel deuotionis et dulcis eloquētie. debēt sicut veri flores alijs distillare. Ideo de talib⁹ floribus possumus dicere illud Cant. vij. Videam⁹ si vinea nr̄a floxit. ⁊ si flores fructū parturiūt. Vinea em̄ que parū habet de cortice ⁊ multū de medulla. significat viros pios ⁊ misericordes. qui qz sunt pleni medulla pietatis. ideo parū eis remanet de cortice tēpalis facultatis. Istoz ergo flores fructus parturiūt. qñ ipoz pie ⁊ fluide affectiones. fructū bonoz opez producūt. Patet ergo q̄ nos debem⁹ esse fluidi p pietatē. Itē dico. q̄ nos debemus esse nitidi p honestatem. qđ etiā ostendit in vocabulo. Flores. Sic em̄ ptz in naturalib⁹ dico q̄ flores sūt Arboz ornamentū. Sic reuera flores bonoz exēplorū nutrimentū. ⁊ honeste conuersationis sūt re Morboz medicamētū. cte sicut quoddā gratissimū paramētum in hoie virtuoso. Pulcrū em̄ est videre hominē in quo relucet viola humilitatis. rosa rubea charitatis. lilium castitatis. amigdaluz pietatis. ⁊ tales p̄nt dicere illud predictū. Flores apparuerūt in terra nr̄a. Alpes em̄. i. viri simplices ⁊ imp̄fecti q̄n inueniūt tales flores. i. talia bona exempla vel ⁊tutes. ibi ꝓcul dubio suū nutrimentū spūale. i. suas bonas informationes accipiūt. qz procerto tales flores contra oia vicia medicina sunt q̄n discrete recipiūt. ⁊ q̄n ad bona opa applicant̄. Ūñ Eccs. xij. Florebit amigdalus. impinguabit̄. Ūñ em̄ amigdal⁹. i. vir iustus vel plantus floret p bonā conuersationē. tūc ꝺe locusta. i. simplex imperfect⁹ aut subdit⁹ impinguat̄ p bonā ipius imitationez Aduertam⁹ tm̄ q̄ dicit ysaac in dictis q̄ apes q̄ pascunt̄ ⁊ que comedūt flores amaros. faciūt vt cōiter mel amarū. ad denotandū q̄ illi qui frequētant malos homines ⁊ amaros. ⁊ qui ab ipis amaros flores. i. mala exēpla recipiunt ⁊ accipiūt. tales dico mel amarū. i. mala ⁊ amara opa faciūt Adonides em̄ fm̄ fabulas poetaruz iuuenis pulcerrimus fuisse dicit. qui colligēdo flores rubeos mortu⁹ est. ⁊ ido a paganis antiqs plangebat̄. Sicut dr̄ Ezech. viij. vbi dicit q̄ ipe vidit mulieres plangētes adonidē. Tales g̃ sūt malorū exemploz collectores. q̄ quia colligūt ab alijs flores rubeos. i. carnales ⁊ mala exēpla. ido spūaliter morīūtur. malos g̃ flores. i. mala malorz exēpla debem⁹ cauere ⁊ fugere. ⁊ bonos flores. i. bona exēpla freq̄ntare. vt dicam⁹ illud Sap̄. ij. Corone m⁹ nos rosis anteq̄ marcescāt. Seq̄t Nō ꝑtereat nos flos tpis. Iste ē ergo flos bone conuersati. onis quē debem⁹ hr̄e. Aduertam⁹ tm̄ q̄ hypocrite habent istū florem sine fructu. Sil'es em̄ sunt sabuco. cuius flores redolēt. fruct⁹ vero fetent. Sic flos cōuersationis hypocritarū est odorifer⁹. fructus vo suē opationis ē malus ⁊ pestiferus. Quia sicut dicit Matb. vij. Mala arbor malos fructus facit. Isti em̄ sunt sicut Epytimū. qđ est quedaz herba cui⁹ tota virt⁹ fm̄ medicos est in flore. Sic ⁊ tota p̄fectio taliū consistit in cōuersione. cū nihil habeāt de bona opatione. Nō sic ergo ⁊ simus florētes ⁊ nitidi p honestatem. Juxta illud p̄s. Just⁹ vt palma florebit sicut cedr⁹ libani multiplicabit̄. Itē dico. q̄ nos debem⁹ esse florētes ⁊ candidi p castitatē. qđ ostendit cum dr̄. Quasi lilium date odorē. Lilium em̄ est flos purissim⁹ ⁊ candidissim⁹. cuius color ē gratiosissim⁹ ad videndū. ⁊ cuius odor est suauissim⁹ ad odorāduz. ⁊ signat ⁊tutem castitatis. que cuz sit virtus purissima. deo ⁊ angelis est gratiosissima ⁊ apud oēs famosissima ⁊ fragrātissima. Et ideo de isto flore dicit in p̄s. Justus germinabit sicut lilium. ⁊ florebit in eternuz ante dom̄ ⁊c. Vide supra. vbi filia i illa auctoritate. Sicut lilium inter spinas. sic amica mea inter filias. Ptz ⁊ q̄ flos id est vir p̄fectus vel spūalis p̄fectio debet habere annexā pietatem. honestatē ⁊ castitatem. vt sic dicat q̄libet vir p̄fectus illud Cant. ij. Ego flos campi ⁊ lilium conuallium. Iste est ergo flos ⁊tualis p̄fectionis. Secūdo dico. q̄ per florem intelligit̄ amenitas tēporalis successionis. Sicut em̄ flos est quoddā debilissimū ⁊ fragilissimū qđ modico vento diruit̄. modica nebula corrūpitur. modico calore siccatur. Sic vere mūdi ꝓsperitas que scz consistit in fortuna. pulcritudine. sensus limpiditudine iuuentute ⁊ rerum quantitate. fragilis est ⁊ caduca. Ista em̄ omnia floxi cōparant̄. qui a fluendo dicit̄. quia scz hec omnia faciliter fluūt ⁊ labūtur. ⁊ tribulatione vel morte siccant̄ ⁊ destruūt̄. De quo dicit Esa. xl. Omnis inq̄t caro fenū. ⁊ omnis gloria eius quasi flos feni. exiccatū est fenū ⁊ cecidit flos. Ista etiā possunt applicari ad hypocritas ⁊ ad instabiles ⁊ inconstātes. quoz ficta p̄fectio cuius sit floxida ⁊ gratiosa: nō est tamen durabilis neq̄ firma. qz scz modica tentatione fluūt ⁊ labūtur. ⁊ deficiūt ⁊ frangunt̄. Ūñ Job. viij. Cum adhuc sit in flore nec carpat̄ manu. ante oēs herbas arescit. Iste est ⁊ flos tpalis ꝓsperitatis. Tertio dico. q̄ inuenit̄ in scriptura flos eternalis felicitatis. Ūñ p̄s. Florebūt de ciuitate dñi sicut fenū terre. Item in p̄s. Plantati in domo dñi. in atriis domus dei florebūt. q̄ p flores accipit̄ beata virgo. patet p illud p̄dictum Cant. ij. Ego flos campi ⁊c. vel xp̄us. sicut illud Esaie. xj. Egrediet̄ virga de radice yesse. ⁊ flos de radice eius ascendet. Pōt applicari qđ dictū est supra. scz q̄ flos habet humorē. odorem. colorē ⁊c. p oīa sicut supra ⁊ plura alia. sed omitto gratia brevitatis. quia etiaz in multis alijs locis fit mentio de flore.

Fluctus. Nota q̄ fluct⁹ q̄ nihil aliud sūt q̄ maris vel aque circūuolutio. vel inundatio seu motus. vt cōmuniter in scriptura accipiūtur in malo. Fluct⁹ em̄ cōiter signāt.

Superboz elationes.
Terrenoz possessiones.
Tormentoz turbationes.
Cordiales tentationes.
Infernales damnationes.

Dico q̄ diuina fortitudo corrigendo solet tā gere. p̄s. A fortitudine manus tue ego defeci i increpationibus.ꝓpter iniquitatem corripuisti hoiem. Jtē puniendo solet frangere.s.bonos ⁊ malos.q̄d potissime fiat in iudicio. Esa.ij. Jntroibunt in spelucas petrarū ⁊ in voraginē terre a facie fortitudinis dñi.cum surrexerit p̄cutere terrā. Jtem reprimendo solet angere.s.dyabolū.p̄. Deduxisti me. q̄a factus es spes mea turris fortitudis a facie inimici Jtē defendendo solet tegere.p̄s.Dñs fortitudo plebis sue ⁊ protector saluationū xp̄i sui est. Jtē ꝓuidendo solet regere vñ illud Job.xij.Apud illū est sapia ⁊ fortitudo. Jō in p̄sona dei dr ꝓuer.viij.Meū est cōsiliū ⁊ eq̄tas.mea ē prudentia.mea fortitudo.Jp̄i ḡ tanq̄ fortissimo ē p spem ⁊ fiduciā innitendū vt fortes efficiamur.⁊ vt ei⁹ fortitudie roboremur.vt sic dicat q̄libet sic fortificat⁹ illud.ij.Reg.xxij Quis fortis p̄ter dñm deū.q̄ p̄cinxit me vtute ⁊ fortitudie Patet ḡ q̄ hō fit fortis q̄n forti p fiduciā innitit. Sperat inq̄t in deo. Sc̄o dico q̄ hō fit spūaliter fortis cū a malo p pniam cōuertit.q̄d oñdit cū dr. Mutabunt fortitudinē. Penitentia eñ mutat hoiem.q2 ille q̄ i⁹erat fortis ad resistendū bono efficax fortis ad resistendū malo. Jlle qui erat fortis in criminib⁹ efficax fortis in vtutib⁹. Jlle q̄ fuerat fortis ⁊ durus p obstinationē.efficax fortis p cōstantiā ⁊ pfectione. Jsta apparuerūt in paulo ⁊ magdalena in q̄bus vbi abundauerat pctm̄.ibi supabundauit ⁊ gr̄a. quia ſm Greg. Magdalena quot in se habuit oblectameta tot de se fecit deo holocausta. Sicut enim teste scriptura lapis fortis ⁊ durus p decoctionē ignis mutat ⁊ efficit metallū vel vertit in metallu3.⁊ sic efficit magis fortis. ita q̄ eius p̄maria fortitudo in meliorē fortitudinem cōmutat. Juxta illud Job.xxviij.Lapis solutus caloze in es vertit Sic ꝓcerto sepe fit q̄ illi q̄ prius erant lapides duri p obstinationē ⁊ q̄ ad faciendū malū erant fortes p malā assuefactionē.q̄n igne spūssancti decoquunt interius ⁊ igne tribulationis ⁊ penitentie affligunt exterius.tūc ipi mutant fortitudinē.q2.s.ipsi efficiunt metallū.i. viri sancti ⁊ boni. firmi ⁊ fortes per constantiā.sonori ⁊ resonantes per eloquentiam.⁊ sic isti mutant in virū altū.q2 hec est mutatio dextre excelsi. Un de ista mutatione fortitudinis loq̄t dñs Esa.xlj.Ascendant inq̄t ad me insule ⁊ gentes mutēt fortitudinem.Tali mō nō faciunt multi peccatores.q̄ re, uera suā fortitudinem mutant in veter⁹ ⁊ nō in melius. q2 sicut infantes p̄mo sē magis abiles ⁊ fortes in p̄te supiori.s.q̄tū ad cor ⁊ man⁹.ꝓcessu tm̄ tp̄is mutant fortitudinē ad p̄tes inferiores.ita q̄ finaliť cor inferiora fiāt dura ⁊ fortiora. Sic multi q̄ fortitudinē quā hāt in p̄te supiori.i.in bonis spūalib⁹ cōmutant ad p̄tem inferiorē.i.ad bona tpalia ⁊ terrena.vel etiā ad vicia ⁊ pctā. fiunt finaliter fortes ad faciendū mala.sīles asino q̄ fortior est in p̄te posteriori q̄ in p̄te anteriori.vbi est crux.q2 vere multi sē asinini q̄ fortiores sunt in parte posteriori q̄ anteriori.in crimib⁹ q̄ in vtutib⁹ ad laborandū ꝓ mundo q̄ ꝓ deo.ad acq̄rendū tpalia que debent postponi q̄ spūalia q̄ debent anteponi. Jstud p̄z in auaris.q̄ plus sunt fortiores ad laborandū ꝓ diuitijs q̄ ꝓ virtutibus. Un illō Job.xxij. In fortitudine brachij tui possidebas terrā. Tales potissime sunt raptores ⁊ tyranni.q̄ optime allegant illud ꝑbi. Omnia sē viror⁹ fortium.Et illud Prouer.xij. Manus fortiū dominat. Uident eñ sentire q̄ bona mundi occupanti cōcedunt.⁊ q̄d scindit gladius inter duos.fortioris est.⁊ iō ipsi dicunt Sapie.ij. Oppr̄imam⁹ pauperem nō parcam⁹ vidue ⁊c. Sequit.sit fortitudo nostra lex iusticie. Patz etiam illud in luxuriosis q̄ optime sunt fortes ad suā impudiciciā exercendā. Un de fortitudine taliū dr in p̄s. Qz dominus neq; in fortitudine equi voluntatē habebit. Patz etiam in supbis q̄ valde sunt fortes ad laborandū ꝓ mundi gloria acquirenda. Un isti dicunt illud Amos.vj. Nūq̄d i fortitudine nostra assumpsim⁹ nobis cornua. Patet etiaz in iracundis q̄ optime sunt fortes ad suā iracundiā vindicandā.q2 isti sunt sicut leo fortissimus bestiarū q̄ ad nulli⁹ pauebit occursum. Prouer.xxx. Patz etiā in gulosis ⁊ ebriosis q̄ optime sunt fortes ad suā castrimargiā faciendam Esa.v. Ue q̄ fortes estis ad bibendū vinū ⁊c. Nō sic charissimi nō.ſ mutemus fortitudinē malā in bonā.q2 ꝓcerto ille spūaliter est fortis q̄ a malo cōuertit.vt sic de q̄libet tali forti dicat illud.j.Reg.xvj. Uidi filiū yſai bethleemitez scientē psallere.fortissimū robore.⁊ virū bellicosum prudētē in vbis ⁊ virū pulcrū. ⁊ dñs ē cū eo.Expone si vis. Jste est ḡ fortis q̄ a malo cōuertit Tercio dico q̄ ille est spūaliter fortis q̄ in celo erigit.Sicut ei turris q̄ in alto loco situat.fortior vt cōiter reputat.q2.s.hostes nō p̄nt ita faciliter ip̄am cū suis machinis impugnare.Sic vere hō quādo sursum in padiso ꝓ cōtemplationē est erect⁹.tūc fortis est spūaliter ⁊ robust⁹.⁊ ad hostiū spūaliū machinis ⁊ tentationib⁹ satis tut⁹.q̄d oñdit cū dr.Assument pennas vt aq̄le.ij.Reg.j.Aquilis velociores leonib⁹ fortiores. Penne ei aq̄le p quas in altū ferť significant vtutem cōtemplationis que hominē eleuat mentaliter ad eterna.⁊ dicunt penne aq̄le.q2.s.sicut tria sē genera aq̄larū. Unū videlicz

qđ rapit in terra. Aliud qđ rapit in aqua. Aliud qđ rapit
sursum in aere. inter qđ ille q̄ sursum in aere rapiūt iudicā
tur nobiliores. fortiores ⁊ animosiores. sicut dicit aristote.
Apes etiā q̄ in montib⁹ pascunt fortiores ⁊ velociores ee
dicunt q̄m ille q̄ in vallib⁹ cōuersant. Sic ꝑculdubio cum
tria sint genera bonoꝝ hoim. s. q̄dam q̄ ꝑdam eterne vite
querāt in terra. Isti sūt bom actiui q̄ terrena ministrando
lucrant vitā eternā. Juxta illud ꝓuer. xij. Qui opat ter
ram suā saturabit panib⁹. Alij sē q̄ istam ꝑdam q̄rūt i aq̄.
⁊ isti sunt boni doctores ⁊ clerici. q̄ in aqua scripture ver
santes eternā vitā laborando mercant. Alij sē q̄ istā ꝑdaꝝ
q̄rant in aere ⁊ isti sunt boni cōtemplatiui. q̄. s. sursum i ae
re paradisi. p iugē meditationē ⁊ cōtemplationē morant.
De q̄b⁹ dr Deut. xxxij. Habitaculū ei⁹ sursum. Isti ei sē
apes q̄ pascunt de floꝝ montanoꝝ. qz cōtemplatiui iaz
nutriunt de floꝝ⁹. i. de gaudijs celestiū regionū. Juxta il
lud Ezech. xxxiij. In excelsis montibus isrl pascā eas. ibi
erāt in herbis virentib⁹. Quid vltra? ꝑcerto dico charissi
mi. nisi q̄ tales cōtemplatiui sunt ceteris fortiores ⁊ in bo
no cōstantiores ⁊ pfectiores ⁊ ad bona opa velociores. et
ad resistendū tentationib⁹ ⁊ ad subsistendū tribulationi
bus aptiores. Jō dr Esa. lj. Consurge cōsurge. induere for
titudine brachiū dñi syon. Ūñ de quolibet tali pōt dici il
lud Apoc. xiij. Vidi angelū dei forte volantem p mediuz
celi. Assimient ergo pennas vt aquile. Unde Apocal. viij.
Audiui vocem vnius aquile volantem p mediū celū. Sic
ergo ptz q̄ spūalem fortitudinem introducit eternoꝝ con
templatio. ꝑnoꝝ detestatio. robustoꝝ ampleratio. seu dei
⁊ scōꝝ fiducia ⁊ inuocatio. Isti ꝯ sunt fortes q̄ digni sunt
Hosti resistere. Illa eñ est fortitudo moralis ⁊ virtual:
Regi assistere q̄ hosti fortiter resistit. ꝓma Petri. v. ca.
Tute pfistere Cui resistite fortes in fide. s. aduersario.
Cepta pficere Et ad Heb. xj. Cōualuerūt de infirmita-
Nunq̄ deficere te. fortes facti sē i bello. castra vteft exte
Semp pficere roꝝ. Jtē regi. s. xpō feruenē assistit. Cā
ticoꝝ. iij. En lectulū Salomonis septuaginta fortes ambi
unt ex fortissimis isrl omnes tenentes gladios. Jtē tute et
secure pfistit. Vir eñ fortis semp est securus ⁊ tutus. Pro
uer. xxx. Leo fortissimus bestiarū ad nulli⁹ pauebit occur
sum. Jtem bonū opus cōplet et pficit. Ad fortem enim
ptinet operari. j. Paral. ix. Fortissimi roboꝛe ad faciendū
opus. Jtē pseuerat ⁊ nunq̄ deficit. Ūñ de viro forti du
roꝝ pseuerāte dicit Esa. xl. Forte lignum ⁊ imputribile ele
git sibi artifex sapiens. Et Amos. ij. Altitudo cedroꝝ sub
limitas eius. fortis ipse quasi quercus. Jtem in meli⁹ va
let ⁊ pficit. Ūñ illud Hiere. xx. Fortior fuisti ⁊ inualuisti.
Et ij. Reg. j. Aquilis velociores. leonibus fortiores. Sed
ꝑculdubio videt q̄ hodie talis spūalis fortitudo cessauit
⁊ fugit a nobis ⁊ recessit. De samsone enim legit. q̄ cū ca
pillos p validaz ꝑdidisset. recessit ab eo fortitudo. sicut di
cit Judi. xvj. Sic vere video q̄ valida sitibunda. i. caro et
sariem virtutū multis subtrahit. ⁊ sic ab eis oēm fortitudi
nem tollit. Ūñ Prouer. vij. de mala mnliere dr. q̄ fortissi
mi quiq̄ ab ea interfecti sunt. Nos eñ nō sum⁹ fortes sed
potius infirmi ⁊ vacillantes. Amos. ij. Peribit fuga a ve
loce. ⁊ fortis nō obtinebit virtutē suā. Nō sic ꝯ sum⁹ spūa
liter fortes. ⁊ in bene agendo ⁊ mala toleraudo validi ⁊ po
tentes. ij. Reg. ij. Cōfortent manus vestre ⁊ estote filij for
titudinis. Et hec de bona fortitudine sufficiunt.

Fragilis fragilitas. de

f bilis. debilitas. Nota q̄ in scriptura reperit̄ tri
plex fragilitas seu debilitas. videlz. Naturalis
que est meditanda. Temporalis que est supportāda. Cri
minalis que est euitanda. Primo ergo est quedā fragili
tas naturalis q̄ debet iugiter meditari. Et ista est illa qua
sensus ⁊ cogitatio hois prona sunt in malū ab adolescen
tia sua. Gen. viij. In castro eñ obsesso partes magis de
biles sepi⁹ reuisant ⁊ diligenti⁹ muniunt. In corpe etiam
humano cū oculus sit membrū delicatissimez fragilissime
cōditionis. ideo diligentius custodit. qñ etiaz ipa natura
ipsum voluit diligentius custodire. inq̄tum ipm in cōa
uitate voluit ossium clauderet palpebris operire. Jsta est
ergo veritas q̄ res fragiliores diligentius debent seruari ⁊
sepius visitari. Sic vere dico q̄ cū castrū ꝑsone nostre. et
etiam oculi⁹ mentis nostre dupliceē habeat portionē. videlz
quandā magis fortem que est rōnabilitas. aliam debilē q̄
est sensualitas. semp debemus circa fragilitatem isti⁹ inten
dere. ⁊ cum p iugē meditationē cōtinue visitare. Cōsidera
ri eñ fragilitas debet vt humilitas cōcipiat ne superbiat. et
vt ꝑcaueat ne cadat. Esa. xxxv. Cōfortate manus dissolu
tas. genua debilia roborate. Et de tali cōsideratione quo
modo ꝓficit vide ē i tit. de cōsideratione ⁊ similib⁹. Jsta ē
ergo quedā fragilitas naturalis q̄ dr iugit̄ meditari. Se
cundo dico q̄ inuenit̄ quedā fragilitas tpalis q̄ debet dul
citer supportari. Et ista est debilitas qua q̄s est debilis cor
poraliter p infirmitatē vel tpaliter p pauptatem. Talis ei
infirmitas est a fortibus. pfectis ⁊ diuitib⁹ supportanda ⁊
misericorditer subleuanda. qz ꝑcerto tales fragiles ⁊ debi
les vult dñs p elemosynam sustentari. Vult dñs a ditiori
bus bonorari. Vult ergo q̄ p elemosynas sustentent̄. Lu.
xiij. Cum facis cōuiuiū voca pauperes ⁊ debiles claudos
⁊ cecos ⁊ btūs eris. Jtem vult q̄ a diuitib⁹ bonorent̄. Ex
emplo david q̄ miphiboseth debilē ⁊ claudū bonorauit. ⁊
in mensa sua sedere fecit. ⁊ hoc qz erat filius Jonathe ami
ci sui. sicut dr. ij. Reg. iiij. In quo notat̄ q̄ null⁹ bon⁹ ⁊ ma
ꝓne amicus cōsanguineus vel vicinus est ꝓpter debilita-
tem status sui cōtemnend⁹ sed potius honorand⁹. sicut de
iuda ⁊ suis militib⁹ dicit̄. ij. Macha. viij. Qz ꝑdam omni
bus diuiserunt. equā portionē debilib⁹ pupillis ⁊ viduis:
sed et senioribus facientes. Jtem vult q̄ secum in patria
glorient̄. iō dicit̄ Math. xviij. Bonū est tibi ad vitam in
gredi debilem vl claudū ⁊c. Jsta est ergo debilitas tpalis
que debet dulciter supportari. Tercio est debilitas cri
minalis q̄ dr acriter castigari. Et ista est illa debilitas seu
fragilitas quā introducit infirmitas viciorū. Jnfirmi eñ
solent esse fragiles. ⁊ se sustinere non valentes. ⁊ multas im
mundicias emittentes. Et iō infirmi ad mensas nobilium
nō admittunt̄. nec debiles ac fragiles ad ꝓlia deducuntur
Sic vere dico q̄ peccatores viciorū humorib⁹ pressi solēt
debilitatē incurrere. tentationib⁹ ⁊ tribulationib⁹ nō subsi
stere. sed faciliter de pcō in pctm̄ cadere ⁊ corruere ⁊ tan
dem immundicias malorum operū emittūt. quapropter cō
tra demones ꝓeliari nō possunt. Et ideo de⁹ ⁊ sancti ipos
ad mensam paradisi nō recipiunt ꝯ eos reijciunt ⁊ repel
lunt. Qđ bñ figuratū est Leui. xxj. ⁊. xxij. vbi ꝓnet̄ aialia
debilia informia ⁊ mutilata a diuino sacrificio repelluntur
Jdeo dicit̄ Malach. j. q̄ maledictus est q̄ immolat domi
no debile. Et Deut. xv. Debile non immolabit̄ dño. Mul
ta ⁊ quasi infinita possent dici de fragilitate morali ꝯ om
nino deficiunt auctoritates vocales. Et ideo vide de infir
mus eger mobilis ⁊c.

Frangere. Vide supra de confrng ere. Cū fra-
ctio diuisionē ⁊ rei dissolutionem. et
cuiuslibet integritatis dissipationē designet possum dicere
q̄ fractio in bono sumit̄ ⁊ in malo. Nota ꝯ q̄ in scriptura
reperit̄ Fractio virtuosa qua frangit̄ iustus. Fractio vici
osa qua frangit̄ stultus. Fractio dolorosa qua frangit̄ cū
ctus. Primo ergo est fractio iustoꝝ. ⁊ ista est illa qua iu
sti mentem frangunt diuino timore. qua iusti frangunt pa
nem pauperum amore. qua iusti frangunt carnem penaꝝ
labore. Dico ergo q̄ mens iustoꝝ frangit̄ p diuinum timo
rem. quia scz boni faciliter franguntur ⁊ inclinant̄ ad bo
num ⁊ retrahunt̄ a malicia ⁊ obstinatione ꝓterua. s. per ti
morem concutientem. vl p dulcorem allicientem. Et sic lo
quit̄ Prouerbi. xv. vbi dicitur q̄ responsio mollis frangit
iram. Jtem dico q̄ panis iustorum frangit̄ pauperum
amore. Et sic dicit̄ Esaie. lviij. Frange esurienti panez tu
um ⁊c. Et. j. Coꝝ. xj. Accepit panem ⁊ benedicens fregit ⁊
dixit. Accipite ⁊ manducate hoc est corp⁹ ⁊c. Talis enim
fractio ⁊ bonorum terrenorum diuisio mentem illuminat
ad deum cognoscendum. Luce. xviij. Cognouerunt do
minum in fractione panis Talis fractio christum letificat
Unde de Magdalena dicitur. Qz fracto alabastro effu
dit vnguentum super caput Jesu ⁊c. Marci. xiij. Talis
etiam fractio mentem fortificat. Unde Act. xxiij. dicit. q̄
Paulus ieiunis naufragantib⁹ dixit. Rogo vos accipere
cibum. Sequitur. Et cum fregisset cepit manducare. Pa.

nis ergo iustoꝝ frangit ꝙ pauperū amorē. Itē caro iustoꝝ frangit ꝙ penaꝝ laborē. s. ꝙ penitentiā vl̄ martyrium. Iusti em̄ in vita ista voluerunt frangi ⁊ lacerari. vt in alia vita reintegrarent. Carbones em̄ de sua natura sūt valde frangibiles. ⁊ tm̄ ꝑ ceteris rebus sē imputribiles ⁊ incorruptibiles. qz. s. illi q̄ martyrio ⁊ pnia franguntur. ineternū durare ⁊ viuere dinoscunt. Speculū ei qn̄ frangit plures repsentat imagines q̄s integrū faciebat. qz. s. sancti ꝙ martyrium fracti ⁊ mortui. multoplures vtutiꝝ ⁊ miraculoꝝ imagines repsentant q̄ dum viuerent faciebant. Fractio em̄ martyrū fuit salus ⁊ cōsolatio. cōsolidatio ⁊ fidei cōfirmatio fidelium. ita ꝙ q̄libet pōt dicere illud Roma. xj. Fracti sunt rami vt ego inserar. Et reuera talis fractura tribulationū in vita eterna cōsolidat ⁊ firmitate ꝑpetua roborat. Un̄ dns dixit Ezech. xxxiiij. Qd̄ fractū fuerat alligabo. ⁊ qd̄ infirmū fuerat cōsolidabo. Sic ergo patet ꝙ inuenit fractio iustoꝝ. Scdo dico ꝙ inuenit fractio malorū Mali em̄ malleo tentationis frangunt ⁊ a soliditate constantie dissipant. Apoca. xvj. Fracta est ciuitas magna in tres partes. ⁊ loquit de babylone. quia vere mali finaliter in tres partes frangunt ineq̄tum intus q̄ ad culpam. exterius quo ad tpalem penā. ⁊ posterius quo ad eternā miseriā dissipant. Esa. xxij. Franget ⁊ cadet ⁊ peribit. Et nota ꝙ faciliter frangunt illi q̄ sunt vacui. q̄ sunt fatui q̄ sunt aridi. De vacuis q̄ virtutiḃ carent dicit Ezech. xxix. Quādo apprehenderunt te manu cōfractus es. ⁊ loquit de baculo arundineo interius concauo. De fatuis dr Eccli. xxj. Cor fatui quasivas cōfractū. De arduis dr. i. de supbis dicit Judith. ij. Qr Holofernes fregit omnes ciuitates excelsas. Hec est ergo fractio malorum. Tercio est fractō cunctoꝝ. s. mors. Hieremie. xxx. Insanabilis fractura tua ⁊c. Sufficit.

Frater. Fraternitas. Nota ꝙ Frat̄ est nomen cōmunitatis. Unitatis Equalitatis Charitatis ⁊ societatis. Significat ergo frater vt cōmuniter in bono. q̄uis aliquotiens signat in malo. Per fratres em̄ generaliter intelligūtur illi qui sunt equales in conditione. in successione. in dilectiōe. Et ideo fratres spūales pōt dici illi q̄ sunt eiusdē Religionis. Sicut em̄ fratres solent Equaliter diuidere Ueraciter diligere Cōcorditer habitare vl̄ cōuiuere. Sic vere nos omnes xp̄iani ⁊ maxime ecclastici ⁊ religiosi debemus inter nos bona nostra cōmunicare ⁊ diuidere ꝙ mutuā subuentionem. Prouer. xvij. Inter fratres hereditatē diuidet. Debem⁹ alter alterū diligere ꝙ mutuā affectionē. puer. xvij. Uir amabilis ad societatem magis amicus erit q̄ frater. Debemus cōcorditer cōuersari ⁊ viuere ꝙ mutuā vnionē ⁊ coniunctionē. vñ ps. Ecce q̄ bonū ⁊ q̄ iocundū habitare fratres in vnū. Exponam⁹ ergo de spūali fraternitate illō qd̄ dictū est Gen. xiij. Me q̄so sit iurgiū inē me ⁊ te. frēs ei sum⁹. Uideam⁹ g̃ ꝙ nos possumus dici frēs. quia fratres Faciliter reconciliantur. Sic vere dico ꝙ inter nos Cōiter simul cōuersanē. debet Cōcorditas facilit̄ reEqualit̄ nobiles censent formari. Me q̄so sit iurgiuꝫ Societas cōiter frequentari. inter me inquit ⁊ te. Nobilitas equaliter reputari. fratres enim sum⁹. Dico ergo ꝑmo ꝙ fratres tam spūales q̄s tpales decet faciliter reconciliari. Me queso inq̄t sit iurgium. Illa em̄ que sunt ꝓtra naturam faciliter reuertunt ad regulam naturalē. Un̄ cum aqua fm Ysi. de sui natura habeat in supficie esse equa. iō si in casu aliquo moueat faciliter postmodū tranq̄llat̄: et quietat̄. Sic vere cū fratres ⁊ naturales ⁊ spūales habeant ⁊ debeant naturaliter in tranq̄llitate ⁊ pace viuere. iō si aliqua occasione turbati fuerint vel cōmoti statim debēt inter se tranq̄llari ⁊ reconciliari ⁊ ad pristinam cōcordiā reuocari. Exēplo ioseph. q̄ q̄uis a fratrib⁹ suis fuisset vēdit⁹ atq; Iesus ipis tm̄ fuit faciliter recōciliat⁹? Gen. xlv. Osculat⁹ est ioseph oēs fratres suos. Me queso inq̄t sit iurgiuꝫ. q. d. Non decet vt illi q̄ fraterno amore liganē aliq̄ iurgio moueanē. Et ideo q̄ inter fratres seminat discordias a deo in sacra pagina reprobat̄. s. Prouer. vj. Talib⁹ etiā cōminatur scriptura Prouer. xvij. Semp em̄ iurgia querit mal⁹. angelus aūt crudelis mittet̄ contra eum. Me queso ergo sit iurgiū Et reuera charissimi inter fratres nō debet esse iurgiū vel litigiū aliquale. sed pax seu concordia sempiterna. Cōcordia em̄ fratrū est vnū de illis q̄ bene placita sē sapiēti. Eccli. xxv. Et iō illi q̄ istū amorē rumpe conant̄ pessimi esse ꝑ ceteris comprobant̄. Dicit em̄ Plin⁹ Qr bufo in dextro suo latere habet vnū os occultū. qđ si in aqua feruenti fuerit positum statim desinit ebullire. ⁊ paulatim refrigerata cessat totaliter a feruore. Sic vere charissimi multotiens accidit q̄ bufones. i. mali prelati ⁊ principes q̄nq; habent circa se in latere dextro aliqđ os occultum. i. aliqs occultos laterales cōsiliarios detractores ⁊ accusatores. q̄ reuera qn̄ miscent cum aqua feruenti. i. cum ꝓsonis que vere ⁊ feruenti amore se diligunt. ipsi ꝑcerto suis detractionibus siue malis consilīs ⁊ machinationibus facūt ipsos tepescere a feruore ⁊ dilectione. atq; introducto iurgio ⁊ odio feruorem ⁊ amorem faciunt in eis deficere ⁊ cessare. vnde de talibus bene consulit̄. Prouer. xxij. Ejce derisorem ⁊ exibit cum eo iurgiū. cessabuntq; rixe ⁊ cōtumelie Et si vis nota ꝙ iurgia inter fratres ⁊ socios cōcitant̄ per

Superbie tumorem
Jactantie clamorem
Jnuidie liuorem.
Jracundie furorem.
Auaricie feruorem
Castrimargie sudorem
Luxurie ⁊ imūdicie fetorē

Dico ꝙ iurgia cōcitant̄ ꝑ superbiam ꝓsumptuosam. Un̄ illō Prouer. xiij. Inter superbos sp iurgia sunt. Et Gene. xxxj. Tumens iacob cū iurgio ait. Itē ꝙ iactantiā tumultuosam. puerb. xxviij. Qui se iactat vl̄ dilatat iurgia cōcitat ⁊c. Itē ꝙ inuidiā malicioſaꝫ puer. vj. Hō apostata vir inutilis. terit pede. digito loq̄tore puerso ⁊ omni tpe iurgia seminat. Itē ꝙ iracundiā sediciosam. puer. xxv. Que viderūt oculi tui ne ꝑseras i iurgio cito. ne forte peniteas cū deboneſtaueris amicū tuum

Itē ꝙ auaritiā ambitioſaꝫ. Cōstat em̄ ꝙ diuitie sint materia iurgioꝝ. Un̄ Gen. xxvj. cū abymelech dixisset ysaac. Recede a nobis q̄ potentior nobis factus es. seq̄t statim ꝙ inter ipsoꝝ pastores factū est iurgiū. qz. s. q̄libet dicebat. nostra est aqua. Itē ꝙ castrimargiā deliciosam. puerbi. xvij. Melior est buccella panis cum gaudio q̄s dom⁹ plena victimis cū iurgio. Et Exo. xvij. Jurgat⁹ est ꝑplis ꝓtra Moysen dicens. Da nobis aquam vt bibamus ⁊c. Sequitur. Uocauit nomen loci illi⁹ tentatio ꝓpter iurgiū. Itē ꝙ luxuriam cōtagiosam. Leui. xviij. Filius mulieris ysraelitidis quē pepererat de viro egyptio iurgat⁹ est in castris cum viro israbelita. Non sic ergo charissimi. nō simus inuicem iurgantes. ſ pacifice cōuiuātes. Exo. xvij. Quid iurgamini cōtra me? Ptz ſ ꝙ illi q̄ temporaliter volunt esse fratres debent faciliter recōciliari. Un̄ Mat. xviij. Si peccauerit in me frater meus dimittaꝫ ei septies? Et dixit illi Jesus. Nō dico tibi septies sed vsq; septuagiessepties. vsi Ecc. vij. dr de Moyse. q̄ ipse duob⁹ litigantib⁹ dixit. Uiri fratres estis. vt quid nocetis alterutrū? Debēt ſ fratres faciliter reconciliari. Scdo dico ꝙ ipsi debent concordit̄ sibi sociari. Jnq̄t inter me ⁊c. Jsta em̄ ꝓpositio inter. sp hz esse in medio duoꝝ terminoꝝ. Solet em̄ in ordine oratōis duas extremitates cōiungere ⁊ ligare ⁊ sibīnuicē copulare. ⁊ signat copulā charitatis cōiunctōis ⁊ societat⁹. Quia reuera q̄uis simus diuersi termini. diuerse extremitates. diuerse ꝓsone. qz cum simus eiusdem fraternitatis. debemus inuicem copulari ⁊ ꝑ charitatē ⁊ amicitiaꝫ colligari. Inter me inq̄t ⁊ te. De isto inter dr Prouerb. xvij. Seru⁹ sapiens inter fratres hereditatez diuidet ⁊c. Et Joh. xxj. Exijt sermo inter fratres. Sz quid ꝑcerto charissimi pauce sunt hodie inter fratres amicicie. societates ⁊ fidelitas. immo qđ nepbarius est sunt hodie inter eos odia inuidie ⁊ cōtrarietates. Dicit em̄ Hiere. ix. Unusquisq; a ꝓximo suo se custodiat ⁊ in omni fratre suo nō habeat fiduciā. qz omnis frater supplantans supplantabit̄ ⁊ omnis amicus fraudulenter incedet ⁊ veritatem non loquet̄. Et Mich. vij. Uir fratrem suum venat̄ ad mortē. ⁊ inimici eius domestici eius. Jsta em̄ videmus hodie ad sensum. qz sicut inter canes nullus viget fraternitatis amor. ānimmo q̄uis sint vl̄ fuerint ex eodē patre ⁊ matre nati solent tm̄ multotiens se mordere. ⁊ cibū alter alteri auferre. ⁊ alter alterum sicut extraneū impugnare. Sic vere multi sunt hodie ita rabidi ⁊ canini q̄ inē se charitatē ⁊ amicitiā nō pōt ha

bere. immo q̄uis sint eiusdē fraternitatis tñ nō habent in-
ter se cōcordia vel amorē. & odium inuidia & rancorē. alter
eñ bona alterius p̄dari conat. alter alterū p detractiones
mordere molit. Hīt etiā in alterū p lites & iurgia debacha
tur. Et breuit verū est hodie qđ dicit Hiere. xij. Frēs tui
& domus patris tui pugnauerūt aduersus te. Istud potis
sime videm⁹ de paupibus quos nec frēs nec amici digna
tur respicere. Iuxta illud Prouer. xviij. Frēs paupis bo-
minis aderāt. & insup noti ei⁹ longe recesserunt ab eo. Añ
q̄libet paup pōt dicere illud ps. Extraneꝰ factus sum fra-
tribus meis. & pegrinus filijs matris mee. Nō sic q̄ charis
simi sed simus cōcordes cōmunes & sociales. Inter me in
quit & te. vñ Zach. vj. Cōsiliū pacis erit inter illos. Et iob
xlij. Dedit eis pater eaꝝ hereditatē inter fratres suos. Isti
ergo debent concorditer sibi sociari. Tercio dico q illi q̄
naturaliter seu spūaliter sunt fratres debent equaliter no
biles vocari. vl' debent equaliter a patre ditari. Frēs ei in
quit sum⁹. Frēs eñ in q̄ctum frēs & maxime si sint legitimi
frēs q̄ticipant eandē nobilitatē. vt q: nati sē de eisdē parē-
tibus. Item ipsi admittunt ad eandē hereditatē. q: q̄uis
admittant p̄m diuersos gradus omnes tñ ad ipam admit-
tant. Sic vere charissimi illi q sē fratres in eadem fide. re-
ligione vel eccl'ia. vident esse eiusdē nobilitatis. q: s. vnus
p: de⁹ vl' vn⁹ plat⁹. vl' vn⁹ religiōis vl' eccl'ie fundator vna
etiā mater. s. vna fides. ecclesia vel religio. ipos generat cō
cipit atq; atq; portat. Añ Gen. xlij. Duodecim frēs sum⁹
filij vn⁹ domis. Una etiā hereditas eis debet. s. hereditas
gr̄e in presenti & glorie in futuro. Añ de xpo pōt dici illud
Mūc. xxvij. Habebit successores fratres suos. Et iō p̄cer-
to dico q isti debent equaliter nobiles vocari vl' equaliter
a patre ditari. Debemus eñ ad hereditatez gr̄e seu glorie
equaliter seu generaliter paratos admittere q̄uis non ad
equales portiones. sicut de Joseph habem⁹ Gen. xlij. qui
fratres suos ad mensam & ad cōuiuiū generaliter admisit
nō tñ equaliter omnib⁹ diuisit. q: s. fratri suo vterino ben-
iamin dedit maiorem & meliorem ceteris portionē. Sic ve
re xps Iz omnes boies bonos ad mensam gratie vl' glorie
recipiat. equales tñ portiones nō omnib⁹ donat. q: sicut dī
J. Cor. xij. Diuisiones gr̄arū sunt. vn⁹ aūt spūs diuidens
singulis prout vult. Fratrib⁹ eñ vterinis. i. psonis magis san
ctis & iustis solet abundanti⁹ ministrare. iuxta illud Mu
me. xxviij. Plurib⁹ latiorē partē dabis. Debem⁹ ergo faci
liter a patre ditari. q: fratres inq̄t sum⁹. Gen. xlij. Duode-
cim serui tui fratres sum⁹. Et si vis inuebe hic ꝫ frēs spur-
citios q̄ nihil q̄ticipant de hereditate. sicut supra de filijs.
Infer etiā quō plati q sē spūales frēs debēt alios visitare
castigare. informare. solidare & sublimare. Visitare dico de
illis & eoꝝ defectib⁹ inq̄rendo. j. Reg. xvij. Fratres tuos vi
sitabis si recte agant. Et Gen. xxxvij. Fratres meos que-
ro indica mihi vbi pascant greges. Item castigare eorum
crimina puniendo. Añ Mat. xviij. Si peccauerit in te fra
ter tuus corripe eum. Item informare docendo & p̄dican
do. ps. Narrabo nomen tuum fratrib⁹ meis. Item solida
re ipsos salubriter consolando. Luc. xxij. Tu aliquādo cō
uersus cōfirma fratres tuos. Itē sublimare ipsos benigni
ter p̄mouendo. Zach. viij. Misericordiā & iudiciū facite
vnusquisq; cum proximo suo fratre tō. Et si vis adhuc
potes dicere q frater in bono significato est Nomen

Consolationis. Bonus eñ frater solet cōsolare misе-
Supportationis. ros & flebiles exemplo. s. assueri. q̄ He
Eruditionis. ster. s. timorosam p̄fortans dicebat. q̄d
Enutritionis. babes hester? ego sum frater tu⁹. He-
Inhabitatiōis ster. xv. Itē solet supportare fractos &
Federatōis debiles. Prouer. xviij. Frater q̄ adiu-
Dilectionis uat a fratre tanq̄ ciuitas firma. Ideo
Galath. vj. dr. Fratres si occupat⁹ fuerit homo in aliq̄ de
licto. vos alter alteri⁹ onera portate. Item solet informa-
re rudes & inabiles. Ad Col. iij. Omnia nota faciet vobis
tychicus charissim⁹ frater vester. Item solet impinguare
paupes & steriles. ij. Paral. xxv. Fratres eoꝝ leuite para
uerūt eis cibos. Item solet enarrare laudes mirabiles. scz
laudando deū & sanctos. ps. Narrabo nomen tuū fratri-
bus meis. i medio eccl'ie laudabo te. Itē solet p̄curare ne
pris amabiles. ps. Ecce q̄bonum & q̄iocūdū habitare fra-
tres in vnū. Item solet adamare iustos & humiles. ij. Re-
gum. j. Doleo sup te frater mi ionatha decore & amabilis.
Sequit. Sicut mater vnicum filium ita te diligebam. Sz
procerto hodie inueniuntur in religione & alibi multi fra-
tres contrarie conditionis. Nam inueniuntur Fratres

Falsi & p̄ditiosi Item q̄ sint falsi & p̄ditiosi pa
Discordes & seditiosi tet. ij. Cor. xj. vbi apl's dicit. q
Discoli & litigiosi. periculū in falsis fratrib⁹. vnd
Queruli & iniurioſi de hypocritis etiā dī Gal. ij. Qz
Insolentes & impetuosi falsi fratres subintrauerunt ex-
Voraces & gulosi plorare libertatē nr̄am. Itez q
Ingrati & obliuioſi sint discordes & seditiosi patet
Ignari & tenebrosi Hiere. xlij. vbi dī. Dispergam
eos virū a fratre suo. Item q̄ sint rebelles & litigiosi patet
Esa. xix. vbi dī. Pugnabit vir ꝫ fratrē suum. Itē q̄ sint q̄-
ruli & iniuriosi pt⁹ in ps. vbi dicit. Sedens aduersus fra-
trem tuū loquebaris. Item q̄ sint insolentes & impetuosi
patet. ij. Thes. iij. Subtrahatis vos ab omni fratre ambu
lante inordinate. Item q̄ sint voratores & valde gulosi:
patet Job. j. vbi dī. Qz cum filij iob biberūt vinū in domo
fratris sui p̄mogeniti oppressi sunt. Item q̄ sint ingrati & ob
liuioſi pt⁹ in ps. vbi paup dicit. Extraneus factus sum fra
trib⁹ meis & pegrinus filijs matris mee. Et deut. xxxij. di
xit patri suo & matri sue. nescio vos. & fratrib⁹ suis ignoro
illos. Item q̄ sint ignari & nō studioſi pt⁹ Hiere. xxxj. vbi
dicit. Nō docebit vltra vir p̄rimū suū & fratrē suū. Nō sic
sed simus boni fratres: dulces: amabiles & concordes ps.
Propter fratres meos & p̄x. meos loquebar pacem. Pa-
tet ergo q̄ fratres tam naturales q̄ spūales debent facili-
ter reconciliari. Concorditer sibi sociari Equaliter a patre
ditari. Et hoc de fratrib⁹ sufficit. Vide supra de fedus. q̄a
idem videt esse materia.

Fraus. Fraudare. Nota q̄ fraus De-
ceptio: dolus: falla-
cia & malicia. p eodē supponūt. Est aūt fraus q̄ds p̄ter
intentionem suā p aliquā apparentiā falsam decipit ab al
tero. Fraudulenti eñ semp solent fraudē & deceptionē su
am sub aliquo veritatis vel amicicie velamine tegere. vt
possint simplices nō p̄cauentes in p̄iculū p̄capitare & indu
cere. Sīles eñ sunt venatorib⁹ lupoꝝ & ferarū q̄ foueas
operiunt herbis & foliis ita q̄ fera se tute credens incede-
re labit in p̄fundā. Et mirū. q̄ cum inter fraudē & verita-
tem sit maxima p̄trietas. fraus tñ semp vult induere palli
um veritatis ne appareat dolus eius. Turpes eñ & vetu
le mulieres solēt pulcrius & curiosius se ornare. ne forsan
sua appareat turpitudo. q: als q̄libet abhorreret. Et vere
q̄ videret faciē mentis. fraudulentoꝝ & eoꝝ corruptā in-
tentionē mundꝫ ad eos accederet & ab eis pot⁹ declinaret
Isti eñ duas habent facies. Ezec. xlj. Duas facies habe-
bat cherub. s. quandā pulcrā & allicientē quā ostendūt. et
quandā turpem tristem & terribilē quā abscondūt. Simi-
les eñ illis monstris que sunt in desertis schytie q̄ duos
vult⁹ die dicūt. canūm. s. & humanū. Et q sē q̄dā spēs ce-
nocefaloꝝ. q: s. isti in pte prima. i. in principio & in p̄tia vi
dent boies. sed p̄certo a pte post. i. in absentia inueniunt
canes. hoc est dictum. insatiabiles & mordaces. Canis eñ
lambit & mordet. Sic isti lambunt applaudendo & tandez
mordēt acriter nocendo. Jō bñ dī Prouer. xxvij. q̄ meli-
ora sunt vulnera diligētis q̄ fraudulenta odientis oscula
Et nō q̄ inuenio q̄tuoꝝ gña fraudulētoꝝ. vicz fraudulētos

In consilijs. In cōsilijs fraudant p̄ditores. q̄. s. ex cer-
In auxilijs ta scientia dant consilia mala. vt sub spe-
In colloquijs cie fidelitatis noceant atq; fraudent. vnd
In beneficijs Hiere. ix. Dis amicus fraudulenter incedet
In apparētijs & veritatē nō loquet. & inimici bois dome
stici ei⁹. In cōsilijs eñ cōmittit duplex fraus. s. vna falsе
vel falsa cōsulendo. puer. xij. Consilia impioꝝ fraudulen
ta. Est & alia fraus cōsilia reuelando & detegendo. pueb.
xj. Qui ambulat fraudulenter reuelat archana. Itez in
auxilijs fraudant feneratores. qui sub specie dandi auxiliꝫ
fraudant pauperes hereditatibus suis. & tñ sicut dī Leui.
vj. talis tenet reddere omnia q̄ p fraudē voluit obtinere. et
p̄certo talia bona p fraudes quesita nō p̄seuerant. immo
sicut p̄dix auis fraudulenta furat omniū aliaꝝ auiuꝝ ova

que tandem sota ⁊ adulta ista falsaz ⁊ fraudulenta matre euolando dimittunt. Sic bona fraudulent acq̃sita nō ꝑse uerant. ꝫ fugūt. puer. xij. Non iueniet fraudulent⁹ lucrū Jo bñ dr. puer. xxiij. Ne erigas oculos tuos ad opes q̃s habere nō potes. i. nō debes. qz faciunt sibi pēnas sicut aq̃le ⁊ volabunt. Item in colloquijs frandāt adulatores. Jsti em̄ sunt q̃ fraude ⁊ dolo ꝟboꝝ suoꝝ decipiunt supiores vt surripiant ab eis bñficia ⁊ ꝓmia q̃ magis meritꝫ debebant. Figurati in supplantatione iacob. q̃ ꝑ falsitatem ꝟboꝝ ⁊ pelles animaliū ⁊ coopturas manuu fratris ꝓmogenitꝰ bñdictionē obtinuit. qz. s. adulatores. de q̃b⁹ dr. vox q̃dem vox iacob est. loquendo fraudulenter patri. i. ꝓlato vel ꝓncipi. ⁊ adhibendo in manib⁹ suis coopturas munerū ⁊ donoꝝ. tantū sepe faciunt q̃ ab ipsis etiā in alienū ꝓiudiciū obtinent q̃cq̃d volunt. Dañ. xj. Veniet clam ⁊ obtinebit regnū in fraudulentia. Jō bñ pōt dicere ꝓlatus taliter defraudat⁹ qñ a benemeritis ꝓmia vel salaria requirunt illud Gen. xxvij. Venit germanus tu⁹ fraudulent et subripuit benedictionē tuā. Jō de fraudulētis colloquijs talib⁹ dicit Michee. vj. Loquebant mendaciū. repleti sūt iniquitate. lingua eoꝝ fraudulenta in ore ipsoꝝ. Item in beneficijs fraudant mali dispensatores. q̃. s. nō diuidūt eq̃liter. sed sibi ⁊ suis potiora reseruant. ⁊ alios decipiunt at q̃ fraudāt. qđ nō solū pōt dici de malis ꝓlatis bñficia male dispensantib⁹. immo etiā de malis domoꝝ dei mīstris. pauperū deceptorib⁹ ⁊ fraudulatorib⁹. Cōtra illud Eccli. iiij. Elemosynas pauperū nō defraudes fili. ⁊ oculos tuos ne transuertas a paupere. Item deberēt aduertere aq̃ illud qđ dicit Eccli. xxxiiij. Panis egentiū vita pauperis ē qui defraudat eū homo sanguinis est. Sequit qui effudit sanguinē. ⁊ qui fraudem facit i mercenario fratres sē. Et isti tā primi q̃ secundi figurati vident in illo anania ⁊ vxore eius. q̃ qz fraudauerūt de ꝓtio agri. sibi. s. retinētes qđ cōmunitati pauper erat diuidendū. morte subita sē ꝑcussi Act. v. O quot mali ꝓlati ⁊ mali dispensatores ꝓcuterent hodie mala morte. si oīs illi q̃ male diuidunt ⁊ dispēsant ⁊ q̃ sufficientes ꝑsonas ⁊ paupes portionibus debitis sibi fraudant. sibiq; ⁊ suis omnia retinent ⁊ reseruant in ꝑsenti seculo punirent. qz ꝑcerto quasi videt impleta ꝓphetia Hieremie. q̃ dicit Hiere. vj. Qz omnes isti ꝓncipes declinantes sunt ambulantes fraudulenter. Sequit. Uniuersi corrupti sunt ⁊ bñ corrupti. qz. s. tales nō cōferunt aliquid nisi corruptionib⁹ symonie suffragante. Jtē in apparentijs fraudant dissimulatores seu ypocrite deceptores. isti em̄ fraudant se ⁊ mundū. Dico se. qz fraudant bonis ꝑsentib⁹ ⁊ futuris. Alij aūt peccatores solum bonis futuris fraudant. qz saltem in hoc mundo alīq̃ delectabilia consequunt. hypocrite nō. Uñ q̃libet pōt dicere illud Eccs. iiij. Cui laboro ⁊ fraudo aiam meā bonis? qđ etiā de parcis ⁊ miseris pōt dici ꝛc. Mundū etiam fraudant isti q: volūt credi iusti cū sint mali. ⁊ sub pallio sanctitatis quā exteri⁹ ꝓtendunt. iniquitates suas intus fraudulenter abscondūt De quo dicit Dañ. xj. q: impij in testamentuz simulabunt fraudulent. vt. s. impleant visionē. Et tñ isti deberent attēdere ad illud qđ scribit Hiere. xlviij. vbi dicit. q: maledictus q̃ facit opus dñi fraudulenter. Jsti em̄ opus dñi id ē bona opa faciunt fraudulenter. in q̃ntum. s. cū mala intentione ꝑagunt incessanter. Et sic patet quō fraus cōmittitur multis modis. iusti tñ neminē fraudent. iuxta illud. j. Cor. vij. Nolite fraudare inuicē. Et ideo isti boni ꝓpetuis finaliter nō fraudabunt. ꝫ ad ipa ꝑm merita admittent. ꝑs. de fideiū anime eius tribuisti ei. ⁊ voluntate labioꝝ ei⁹ non fraudasti eum. Ipsi etiā fraudes q̃ sibi machinant ꝓuident. ⁊ de ipsis se liberant. Prouer. j. Ipsi quoq; ꝑ sanguinem suū insidiant. ⁊ moliunt fraudes ꝑ animas suas. Moliunt dico ⁊ insidiant. i. precauent ⁊ imaginant.

Frenum. Nota frenū est instrumentū qđ equos dirigit. vl equos corrigit ⁊ qđ eos affligit. Corrigit dico ipsos a deuijs diuertendo. Dirigit etiaz ipsos in stadijs conuertendo. Affligit insuper ipsos a notijs cohercendo. Frenum enim equum

Uertit a cursu vetito
Regit in gressu debito
Cogit impulsu subito

Jsti em̄ tres effect⁹ sē freni. s. equi correctio directio ⁊ arrestatio. Di co moraliē loq̃ndo i scptura reperiunt tria spūalia frena. q̃b⁹. s. boies ⁊ boim ipetuos evolutes. vl corrigūt vl dirigūt vl ex toto sistunt. vicz Frenū

Justicie. Justicia em̄ est frenū q̃ rector subditu a malo reducit.
Prudentie Prudētia dr frenū q̃ iust⁹ aim ꝑ
Potentie recta deducat. Potentia est frenū q̃ de⁹ impiū ad penā inducat. Primo ꝫ est quodda frenū qđ ē iustitie. Frenū em̄ vt cōiter est ferreū. ⁊ ouiz ventib⁹ ne equ⁹ mordeat applicatū. q̃. s. equus ab itinere erroneo reducit. ⁊ ad iter idoneū reuocat. talis est virtus iustitie. q̃. s. de sui natura ferrea ⁊ dura est. Jsta est em̄ mediante q̃ mali corrigunt ⁊ a malis suis itineribus ⁊ opibus reducunt. aut ne mordeant aut ne cobibent Uñ ꝓlatus dr dicere cuilibz de linquēti illud Ezec. xxix. Ecce ego ad te pharao draco magne. q̃ cubas in medio fluminū tuoꝝ ⁊ ponā frenū in maxillis tuis. ⁊ extrabā te de medio fluminū tuoꝝ. ⁊ ꝓiciam in desertū ꝛc. Pharao em̄ interꝑtat denegans virum ⁊ signat peccatorē q̃ malis opibus negat deū q̃. s. est de illis q̃ ꝑm aplm ꝓfitent ꝟbis se nosse deū factis aūt negāt. Tyt. j. Qui em̄ est draco ꝑ auariciā inflamat⁹ ⁊ deliciarum fluminib⁹ assuetus. freno iusticie dr ꝑ ꝓlatū teneri ⁊ corrigi. ⁊ ad desertū pnie extrabi ⁊ reduci. ꝑs. Jn chamo ⁊ freno maxillas eoꝝ ꝓstringe q̃ nō approximant ad te. Jstud est frenum qđ est iusticie. Secdo dico q: est vnū frenū qđ ē prudentie. Justi em̄ mot⁹ carnis ⁊ mentis sue ꝑ prudentie et tēpantie frenū frenāt. ita q: corpus ⁊ mentē diuidūt ⁊ deducunt sine viciꝝ offendiculo ꝑ semitas equitatis. Jdeo Jac. iij. dr. Equis frenos in ora mittim⁹ ad cōsentiendum nobis. ⁊ totū corpus circūferim⁹. Et bñ dicit in ora. qz ꝑ certo inter ceteras ptes bois ora maxime sunt frenanda. Jn ore em̄ notat edacitas q̃ est frenanda ꝑ abstinentiam. Jn ore notat loquacitas q̃ est frenanda ꝑ cōticentiā. Jn ore notat mordacitas q̃ est frenanda ꝑ patientiā. De freno abstinentie pōt dici illud Esa. xxxvij. Frenū ponā in labijs ⁊ reducā te. De freno taciturnitatis ⁊ moderantie ver boꝝ dicit Eccli. xxviij. Verbis tuis facito stateram. ⁊ frenos ori tuo rectos. De freno ꝟo patientie dicit. ij. Mach. x. de q̃nq; viris e celo ducatum ꝓstantibus hebreis. freniis aureis decori. Aurū em̄ qđ percussum nō resonat patientiā signat. ⁊ ideo oīs iusti possunt figurari in illis militib⁹ q̃ habebant frenos aureos ꝛc. Freni em̄ aurei sunt virtutes q̃b⁹ vt dixi mentis ⁊ carnis appetit⁹ frenant. Ptz ꝫ q: est vnū frenū qđ est prudentie. Tercio dico q: est vnum frenum qđ est potentie. Et istud est illud quo de⁹ refrenat ⁊ tenet ꝓteruitates maloꝝ. s. mores iudiciū ⁊ pena eterna. De quo pōt quilibet damnat⁹ dicere illud Job. xxx. Phas retram suā aperuit ⁊ afflixit me. ⁊ frenum posuit i os meum. Jstud est frenū pessimū. quo. s. equi. i. supbi ⁊ luxuriosi violenter in inferno tenent. Beatiꝰ frenati sē in patria freno econtrario. s. freno laudis diuine quo ornati dño ꝓ sentant. Esa. xlviij. Laude mea infrenabo te. Sic ꝫ ptz q: est frenū iusticie. prudentie ⁊ potentie. Et possem⁹ addere frenū nequicie. quo. s. dyabol⁹ frenat omnes malos: ⁊ eos vbi vult ad iniqua deducit. Et istud est frenum tributi qđ est in maxillis omnium populoꝝ. sicut dicitur Esa. xxx. Sufficit.

Frequentia. Frequenter. Nota q: frequenter ⁊ frequentia sepe idē significant. Est aūt freq̃ntia bona ⁊ mala. Boni em̄ frequentant bona. ⁊ mali similiter mala. De bona ꝫ ⁊ virtuali frequentatiōe pōt dici q: nō sufficit semel bonū facere. nisi homo etiam multotiens ipm studeat frequentare. Sicut em̄ sumptio cibi est freq̃ntanda ꝓpter deperditi nutrimenti restaurationem. alⁱs nō posset vita vel sanitas conseruari. Sic dico q: executio bonoꝝ operū est cōtinuanda si nolum⁹ in vita gratie vegetari. Et nota q: sicut videmus ad bonos pertinet Frequent

Ministrare. Debet dico frequenter ministrare sua largiendo Luce. x. Martha aūt satagebat circa frequens ministeriū. Jtē debet frequenter visitare tristes cōsolādo. Uñ illa matrona visitata q̃q; ꝑ Helyseū dicebat illō. iiij
Visitare
Jeiunare
Segregare.
Cogitare.
Tolerare Reg. iiij. Vir iste dei sanctus est q̃ transit p nos freq̃nter. Item dr freq̃nter ie unare carnem macerādo. Matb. ix. Nos ⁊ discipuli iohannis frequenter ieiu-

nantius. Item debet se frequenter segregare alta cōtēplando. Añ Job. xviij. dicit. Oz trās torrentē cedron erat bonus vbi xps frequenter cōueniebat cū discipulis suis. Itez debet frequenter cogitare aspera meditando. s. mortē iudicij & infernū. Eccs. xij. Frequens meditatio carnis est afflictio. Itē dz frequent tolerare tristia supportando. & s. c dicebat aplus. ij. Coz. xj. q ipe fuerat in plagis supra modum in mortibus frequenter. Econtrario vero dic de malis q ipsi videlz Frequētāt. Gaudenter vanas leticias Fetenter carnis spurcicias Ardenter mundi diuitias. Audenter vocis iactantias. Dico q frequentant vanas leticias Esa. xxij. vbi dicit sic. Sume cytharaz: circuj ciuitatem. meretrix obliuioni tradita. bñ cane frequenta canticū. Item q frequentant carnis spurcicias ptz Dañ. xiij. vbi de impudicis semb⁹ dicit q frequentabant domū Joachim. cuius. s. vxorem cupiebant fedare. Itē q frequentant mundi diuitias ipas. s. auare cōgregā, dō patet Eccs. vj. vbi dicit. Est aliud malū qđ vidi sub sole. & qdem frequens apud boies. vir cui dedit de⁹ diuitias & substantiā &c. Seqtur nec tribuit ei deus ptātem vt comedat. Itē q frequentant vbor iactantias. Ptz pverbi. xxij. vbi dz. Oz vbi verba sunt plurima ibi egestas frequēter &c. Vide infra de sepe & alijs silib⁹.

Rigus. Nota q frigus bz repcutere bz situare & restringere. bz etiā nocere & affligere. Est cñ frigus seu frigiditas quedam qualitas passiua. q̄ habet motū a circūferentia versus centrū. Et iō ista bz ptes materie in quā agit cōgregare & versus centrū cōstringere & arcere. Et iō p frigus pōt intelligi penitentia castitas vel abstinentia. q̄ carnis voluptates bz restringere. timor dei q̄ vanas cogitationes bz repcutere. mundi vel inferni tribulatio. q̄ boies habet affligere. gratie & deuotionis refrigeratō. q̄ ardores bz reprimere. Frigus cñ penitentie desiccat carnis infectiones. Añ Ecc. xliij. Frigidus ventus aquilo flabit. & gelabit cristallus ab aq̄s. Istud est frigus ꝓpter qđ piger arare noluit. mendicabit & nō dabit ei. Prouer. xx. Frigus diuini timoris restringit mentis diuagationes. Jō Apoc. iij. Utinā calidus esses aut frigid⁹. q. d. aut timorosus aut charitatiuus. Item frig⁹ tribulatiōis mūdi desiccat omnes delectationes ps̄. Mittit cristallū suā sicut buccellas: ante faciē frigoris ei⁹ q̄s sustinebit. Frig⁹ vo eterne damnationis tollit omnes cōsolatiōes Deu. xxviij. Percuti, et te dñs egestate. febre & frigore. ardore & estu & aere corrupto & rubigine. Item frigus gratie & deuotionis refrigerat ardores & tentatiōes. Iste est calix aque frigide. quē q̄ dedit nō pdit mercedem. Matb. x. Frigus indeuotiōis extinguit amoris inflāmationes. Zach. xiij. In die illa nō erit lux & frigus & gelu &c. omitto q̄uis materia de se potest esse multum fertilis. q̄ pauce sunt in biblia auctoritates. vide in tabula que fiet sup opus istud.

Frons. Nota q frons est ps corpis apparentior. durior & solidior. & iō frons diuersimode signat in scptura. Signat cñ. Exteriorem cōuersationē Interiorē obstinationem Solidiorē pstantiā & pfectōes. Primo q̄ dico q frons signat apparentiā cōuersationis. Scōm aresto. cñ frons est quedam imago mentis. q. s. in fronte apparent interiores anime passiones sicut est tristicia vel leticia. Sic procerto in apparētia & cōuersatione exteriori apparent interiores anime passiones: siue bone fuerint siue male. Ut enim dicit Grego. Per hec que foris apparent quid intus lateat aperit. In isto enim fronte. s. in nostra exteriori apparētia debent relucere gre & virtutes. sicut q̄dam spūalia signa. Apoc. vij. Signem⁹ seruos dei nostri in frontib⁹ eorū. Relucet ergo ibi Virt⁹ Cōtritionis & penitentie. Honestatis & verecundie Firmitatis & pmanentie Reluceat ibi vtus penitentie & cōtritionis. In fronte cñ solet interior tristicia apparere. Añ Ezech. ix. Signa thau sup frontem virorū gementium & dolentiū. Item reluceat ibi signū verecundie & dilectionis que etiam solet in fronte bois verecundi relucere. Et ista est illa lamina aurea qnā summ⁹ pontifex i fronte portare debebat. sicut dz Exo. xxviij. Quia vo in fronte & apparentia cuiuslibet pontificis seu ecclesiastici cuiuscq̄ nulla lamina darior. nullus lapis p̄cioſior. nulla virtus decentior q̄ verecundia & honestas. Istud est signū dei viui. q̄ turba sanctorū signata stare meruerunt ante thronū & quo ierui dei signati nocumentū angelicū euaserūt. sicut dz Apo. vij. Item reluceat in eo fronte signū cōstantie & pfectionis. Virtus cñ & audacia cuiuslibet alalis in fronte pcipue apparet. vt dicit Aresto. ad denotandū q̄ q̄libet ꝓpiam maxime ecclesiastici vel plati ꝓ fide & ecclesia defendenda debent esse frontosi & animosi. Et sic isti figurabunt in illis de q̄bus dz Apoc. xiij. Oz illi habebant nomen agni & nomē patris sui scriptū in frontibus eorū. sicut ꝓrie fuerūt apli & martyres. q̄ in fronte & in promptu & apparentia manifeste & notorie nomen dei cū cōstantia p̄dicauerunt. Ista est ergo frons bone cōuersationis. Scōo dico q inuenitur frons dure obstinatōis. Sicut cñ vnicornis cornu habet in fronte cū quo solet omnia alia alalia ventilare. Sic multi sunt peccatores q̄ in fronte obstinationis sue cornu crudelitatis & superbie semp portant q̄bus omnes socios durissime feriunt & molestant. figurati in illo byrco Dañ. viij q̄ inter oculos vnicum cornu habebat & cōtra meridiem & orientē & fortitudinem ventilabat. & omnē bestiam ouinaz ledebat & subiugabat. In quo ꝓculdubio viri obstinati figurant a q̄bus omnes alij molestant. Jō de philisteo dicitur. j. Reg. xvij. Qui ꝑcussus est in fronte. & infixus est lapis in fronte eius. Philistei enim. i. mali in fronte ꝓcurant q̄n in publico & in apparentia vicijs inficiunt. Lapis vo infigit quando ibi obstinatio & inuerecundia & ꝓteruitas: & inobedientia: crudelitas quoq; duricia generatur. Nota q in ista fronte apparent generaliter tria vicia. s. Vicium Impenitentie Dico q impenitentie. Añ Esaie. xlviij Inuerecundie Scio enim q̄ durus es tu: & nervus tu⁹ Impudicicie. ferre⁹: ceruix tua & frons tua erea. Itē vicium inuerecundie. Añ Hiere. iij. Frons mulieris meretricis facta est tibi: noluisti erubescere. Item vicij impudicicie. Añ Apoc. xij. dz. q pusilli & magni diuites & pauperes. liberi & serui acceperūt caracterē bestie in frontibus suis. De q̄bus tñ dz Apoc. xiiij. q oēs tales cruciabuntur igne & sulpbure &c. Et reuera in frontibus ad ſram apparet signum luxurie: sicut de malis mulierib⁹ constat q̄ inuerecunde sunt & frontose. figurate in illa meretrice magna: de qua fit mentio Apoc. xvij. que babebat in fronte scptuz babylon magna mater fornicatōnū. Ista est q̄ frons obstinationis. Tercio dico q est frons cōstantie & pfectiōis. De q̄ supra satz dictum est. De qua etiā dz Ezec. iij. Dedi frontem tuā durioꝛē frontib⁹ eoꝝ: & faciem tuā valentiorem facieb⁹ eoꝝ quasi silicem & adamantē dedi faciem tuam &c. Et sic patet de frons.

Fructus. fructificare. Nota q fructus est illud qđ vltimo de arbore expectat. Ad fructū cñ velut ad vltimū finem ordinant oēs arboris ptes. s. germen. flos folium &c. Est enim fructus illud qđ ꝓ vtilitate hominū ab arboribus colligit. & dicitur a fruendo. eo q ab hominibus fruit vel etiam manducantur. Et ideo breuiter fruct⁹ pōt multipliciter accipi in scriptura. Accipit enī vt cōiter Pro Operatione humana. Prosperitate seu possessione mundana Refectione superna. Fructificat cñ vir iust⁹ p bonam operationē. Añ Eze. xvij. dz. Vinea fructificauit in palmites: et emisit ꝓpagines. Et Mat. vij. Arbor bona fructus bonos facit. Fructificat impi⁹ p malor operū executionē. Añ ibidē. Arbor mala fructū malū facit. Fructificat mund⁹ p bonoꝝ suoꝝ ꝓductionē & emissionē. Añ Lu. xij. Bois vni⁹ divitis ager vberes fruct⁹ attulit. Fructificat etiā paradisus p gaudioꝝ ꝓpinationē & p beatorū recreationē. vñ Esa. iij. Erit fruct⁹ terre sublimis. et Cañ. ij. Fruct⁹ illi⁹ dulcis gutturi meo. Fruct⁹ q̄ iusti est virtuosus. Fruct⁹ impij est pniciosus. Fruct⁹ mūdi ē piculosus. Fruct⁹ celi est deliciosus Dicam⁹ q̄ ꝓmo aliq̄d de fructu humano q̄ est dupler. s. bonoꝝ & maloꝝ. De fructu bonorū q̄ est virtuosus dico q sicut arbor q̄ naturaliē radicem bz in terra inferi⁹. staturā añ erectā supius. ꝓmo germina deinde flores & tandē fruct⁹ ꝓducit. Sic vere vir iust⁹ qui radicē cordis bz inferi⁹ p būilitatē: erect⁹ añ est ad celum supius p cōtemplatōis sublimitatē: ꝓmo emittit germina

bonaꝝ cogitationū. deinde flores sanctaꝝ affectionū diffundit: ⁊ tandē fructꝰ bonarū operationū ꝓducit. Ūñ dicit Cant. vj. Videam⁹ si vinea nostra floruit: si flores fructꝰ parturiut. Ītā sicut arbor q̄ fructū nō facit inutilis reputatur. ⁊ ne vlteri⁹ terrā occupet succidit ⁊ ignib⁹ applicatur Sic vere apud deū ille q̄ fructꝰ bonoꝝ operū nō ꝓducit: reputat penit⁹ nil valere: quinimo ab ipso finaliter de bono huiꝰ mundi ꝑ mortē succidit ⁊ ignib⁹ ꝑpetuis deputat Ūñ Math. iij. Jam securis ad radicē arborum posita est. Omis arbor q̄ nō facit fructū excidet ⁊ in ignē mittet. Et io bannis. xv. dr. Ego sum vitis ⁊ vos palmites: omnē palmitē in me nō ferentē fructū tollet eum: ⁊ omnē qui fert fructū purgabit eū vt fructū plus afferat. Et iō charissimi faciam⁹ iuxta euangelicū Math. iij. Facite fructū dignū penitētie. vt sic ad nos videat directū illud Eccli. xxxix. Quasi rosa plantata sup riuos aquarū fructificate. Jn q̄b⁹ verbis aduerte: q̄ sic arbor ad hoc q̄ fructificet dz bīe tria. scz

Culturā
Staturā
Loturā

Germen. germinare. Nota q germinare idez est qđ fructificare: emittere: ꝛ aliq̄d exterius effundere. Et est proprie germen principiū fructuū. i. illud quod ad creationem fructus natura primo emittit. Et ideo moraliter loquendo germen p cogitatione. p affectiōe vel p cuiuslibz operis inchoatione sumit. Sicut em in herbis ꝛ arboꝝ germen primo ab arboze exit. ꝛ tandem in flozes ꝛ folia p rumpit: et in fine in fructus multiplices se diffundit. Sic vere in moralibus: homo primo emittit germen cogitationis. tandem flozes desiderij ꝛ affectionis: ꝛ postea folia locutionis vel exteriozis cōuersatiōis. Finaliter vero fruct⁹ bone operationis Prouer. xj. Justus q̄si virens foliū germinabit. Et breuiter de germinatiōe spirituali possum⁹ exponere illd Ezech. xvij. Suma ego de medulla cedri ꝛ plātabo sup mōtē excelsū. ꝛ erūpet ibi germē ꝛ faciet fructū. In q̄b⁹ nobis ostēdit q sicut ad b q arbor germinet requirit tria. scz Humor sufficiens. quia debet habere medullā Radix stabiliens. quia debet esse plantata. Locus expediens. quia debet esse super montē. Sic spūaliter. ad hoc q homo ꝑferat germen gratie ꝛ virtutū: ipe debet per charitatem dulciter vegetari. Ista est em medulla glutinosa. Per fidem firmiter radicari. Ista est em que mentē stabilitat: quia plantat. Per spem celitus collocari. Ista em super montē excelsum paradisi leuat mētem. Charitas enim mentē vegetat. fides mentē firmat ꝛ plantat. spes vero i debito loco ipm situat atq̄ locat. Primo igitur dico. q si volumus spūaliter germinare: necesse est vt dulciter vegetemur. Sumā inquit de medulla. Medulla em que naturaliter est tenax ꝛ glutinosa: ꝛ ai boꝛem nutrit ꝛ vegetat. q̄ in medio arboris ꝑtitat. ꝛ sine qua arbor nō germinat nec fructificat: signat charitatez q̄ tenax ꝛ glutinosa est. q per ipam diuersa corda tenaciter iūgūtur ꝛ glutinant. quia sicut dicit apostol⁹ Col. iij. Charitatē debem⁹ sup oīa habere quod est vinculū perfectionis. Ista em in medio arboris quasi in corde hominis habet principaliter sedez suam. ibidem em existens totam animā spūaliter per deuotionem ꝛ gratiā nutrit. ꝛ per vtutes et bona opera germinare et fructificare multipliciter ipam facit. Ista est em sicut quidam ros spūalis. quo si mens irrigata fuerit: affluēter vtiq̄ germinabit. vt ipa dicat illud Osee. xiij. Ero q̄si ros et israel germinabit quasi lylium. Sicut em arbores q̄ multum habent de medulla: solent faciliter germinare. Sicut patet in vinea q̄ multum abundat in medulla. Sic ꝑcul dubio illi q̄ abūdāt i medulla charitat. i medulla pietat. in medulla benignitatis. in medulla deuotionis. in medulla cōpassionis. solent per bona opera germinare. ꝛ fruct⁹ virtutū facilit ꝑcrearet de eis ꝓdicatur illd Osee. xiij. Viuēt tritico: ꝛ germinabūt q̄si vinea. Et io de ista medulle irrigatione potest dici illud Job. xxj. Viscera eius plena sunt adipe: ꝛ medullis ossa illius irrigant. Sed beu de multis videtur verificatum illud quod dicitur Ezechielis. xvij. Aquila grandis venit ad lybanū. tulit medullam cedri ꝛc. Quia vere chariſſimi aquila alte volans. id est superb⁹ diabolus. venit bodie ad lybanū qui interpretat candidus. id est ad corda illoꝝ qui candore prosperitatis vestiūtur. et maxime ad cedros. id est ad illos qui per superbiam vt cedrus lybani eleuantur. ad istos em cum venit dyabolus. ꝛ de ipsoꝝ cordibus medullam charitatis subtrahit. ꝛ sic vtutem germinandi spūaliter eis tollit. Et ideo de multis videtur bodie dici illud Abacuck. iij. Ficus nō florebit: ꝛ nō erit germen in vineis. Mentietur opus olyue: et arua nō afferent cibum. Non sic chariſſimi: sed si volumus germinare necesse est vt per charitatem dulciter irrigemur. Summam inquit medullam. Secūdo dico. q si volum⁹ spiritualiter germinare necesse est vt p fidē firmiter radicemur quod ostenditur cū dicitur. Plantabo. Sicut em arbor q̄

non est plantata ⁊ in terra profunde radicata: non potest bñ germinare. Sic nec bō qui nō est p fidem bñ radicatus ⁊ plantat⁹. nō pōt germen virtutū nec fructū bonoꝝ opeꝝ pcreare. Jdeo de iusto dr in ps. Justus germinabit sicut lylium: ⁊ florebit in eternum ante dominum. Plantatus in domo dñi. Et nota. q ipe dicat germinabit sicut lylium. Lilium em̄ habet vnū modū satis mirabilem germinādi. Si em̄ basta lylq̄ curuetur ⁊ terra cooperiat. dum tamē semp se teneat cum radice: inuenies post paucos dies q ex q̄li bet nodo germinabit vna bulla seu cassia. qđ etiam ab Aristotele in libro de vegetalibus satis mirabile reputat. Sic vere charissimi: vir iustus quādo cum radice. i. cum deo coadiūgitur per fidem ⁊ deuotionem quādo inferius incuruatur per humilitatem ⁊ subiectionē. quādo terra coperitur per mortis considerationē. tūc vere fit q ex quolibet nodo eius. id est ex qualibet affectione ipsius prorūpit aliquod bonum germen. id est aliquod bonū opus. Un Exodi. j. Quasi germinātes multiplicati sūt. Et Osee. xiij. Germinabit quasi lylium ⁊ erūpet radix eius. Necesse ē igitur vt firmiter radicemur p fidem. Tercio dico. q si volumus germinare necesse est vt p fidem celitus collocemur: quod ostendit. cum dicitur. Sup montem excelsum. Sicut em̄ arbor nō bene germinat nisi in terra bona situetur ⁊ plātetur. Sic nec homo nisi in terra bona paradisi p spem ⁊ desiderium colloceť. Paradisus em̄ intelligit per montē ex celsū. q: sicut in mōtib⁹ excelb⁹ solēt q̄q; fōtes emanare. arbores cātare. herbe ⁊ arbores germinare. Sic vere illi q̄ in alto monte paradisi p spem ⁊ desiderium quersantur: solent aquis fluere per deuotionē. solēt velut aues canere p gratiarumactionē. solent velut arbores germinare per bonā operationē. Juxta illud Gen̄. j. Germinet terra herba virentē Et Ezech. xxxiij. In montibus excelsis israel erūt pascua eoꝝ. ibi requiescēt in herbis virētib⁹. Et possum⁹ nōre q

Quidā germināt sicut lylium p castitatē.	Germinant di-
Quidā sicut folium per honestatem.	co quidam per
Quidam sicut vinea per pietatem.	castitatem sicut
Quidam sicut terra per humilitatem.	lilium.

Lilium em̄ candidū castitatem denotat in scriptura. Unde in ps. Justus germinabit sicut lylium. Item q̄dam germinant per honestatem sicut folium. Unde Prouerb. xj. Justus quasi virens folium germinabit. Item q̄dam germinant p pietatem sicut vinea. Unde illud Osee. xiij. Germinabit quasi vinea. Quidā germinant p humilitatem sicut terra. Terra em̄ que est infimū elementū signat psonam humilem. sicut vinea que est medulla plena signat psonas misericordes. Unde Zach. viij. Vinea dabit fructum suū. Sic igit patet quō diuersimode diuersi germinant. q̄q; videamus malos male multipliciter germinare. Germinant em̄ mali germen vanū per superbiam. germen amarū per inuidiam. germen profundū per auariciam. Germen dico vanū per supbiam. Unde Ezech. vij. Flozuit virga. germinauit supbia. Item germen amarū per inuidiam. Unde Deut. xxix. Ne sit inter vos radix germinās fel ⁊ amaritudinem Item germinat germen siccum p auariciam. Un Daniel iij. Germen radicum eius in terra sinite. Est igitur terra illa maledicta de qua dicit Gen̄. iij. Maledicta terra i opere tuo cum opatus fueris eam nō dabit fructus suos. spinas ⁊ tribulos germinabit tibi. Non sic charissimi nō: nō germinetis mala germina sed bona. non opa viciosa: sed virtuosa. q: vere de talibus germinib⁹ in psenti: sequtur fructus glorie in futuro. Jdeo cuilibet dicit in ps. Riuos ei⁹ inebuians multiplica genimia eius. in stillicidiis eius letabitur germinās. Patet igitur q nos poterim⁹ spiritualiť germinare si p spem debite collocemur. Si p fidem firmiter radicemur. Si p charitatem dulciter humectemur. Et hec de germinatione sufficiant.

Girum. Nota q gyrum idez est qđ circuitus. Vide supra de circūdare. vel circuitu. scz in littera. C.

Gladius. Nota. q gladius in scriptura accipitur i bono ⁊ in malo. Cū igitur gladius vt cōmuniter fiat ad occidendum possumus notare q est quidam gladius Cōmendabilis. Detestabilis. Formidabilis. Gladius cōmēdabilis ē gladius vbi quo demones impugnant. ⁊ quo peccata ⁊ vicia detrūcant. Unde Eph̄. vj. Gladium salutis accipe qđ est vbū dei. Sicut n. gladius bz Lenitatem. Splendorem. Acutiem. Sic vbum dei debet esse lene ⁊ suaue p dulces consolatōes. q̄q; splendens ⁊ clarū per planam interpretationem. q̄q; pungens ⁊ acutū per duram ⁊ asperam correctionem. Unde Ezech. xxj. Gladius gladi⁹ exacutus est ⁊ limatus. Ut cedat victimas exacutus est. vt splendeat limatus est. Secūdo dico. q est gladius detestabilis. Et iste ē gladius peccati. Jste ē em̄ ex quo dyabol⁹ occidit animas peccatoꝝ. Sicut em̄ dicit Eccl. xxj. Quasi rūpbea bis acuta omnis iniq̄tas. Et iste gladius diuidit in septem partes. Est enim sicut bene deducit Mauricius gladius

Superbie.	Est igitur gladius supbie. Jste fuit prohi-
Jnuidie.	bitus adam ab introitu paradisi. qui sup-
Jracūdie.	be appetierat equalitate dei. Jste est gla-
Accidie.	dius igne⁹ ⁊ versatilis. Supbia em̄ dicit
Auaricie.	ignea. q: alios solet p rapinam ⁊ feniciaꝝ
Gule.	deuorare. Dicit versatilis. q: ad supbe a-
Luxurie.	gendū. contra deū. supiores et pares solꝫ

diuersimode se mutare. ⁊ se vertēdo ⁊ ostendēdo multipliciter dilatare. Jste gladius figurat in tribus lanceis q̄bus absalon aspirans ad regnum ⁊ in alta arbore suspensus a ioab extitit interfect⁹. Sicut dicit. ij. Regum. xviij. q: scz dum homo aspirat ⁊ ambit ad regnū ⁊ eminētiam ⁊ dignitatem. ⁊ dum in alto p ambitionē extollitur ⁊ suspēdit. tribus lanceis. i. triplici superbie genere. que sūt supbie cōtra

Maiorem.	Moab. i. a dyabolo fundit ⁊ necat Luc.
Minorem.	l. Gladius ad equos ⁊ ad currus. Equ⁹. n.
Parem.	animal supbum et pōposuꝫ denotat. j. Re-

guꝫ. xxj. Ecce gladi⁹ golie. Jste ē igit gladi⁹ supbie. Itē est gladi⁹ inuidie. isto percutit homo in corde. Jste. n. gladius est gladi⁹ golie. qui mgrm suū interfecit. q: scz inuid⁹ dū nocere alii nititur. ipe primo interi⁹ gladio inuidie prosternatur. Un ps. Gladi⁹ eoꝝ intret in corda ipoꝝ. Item est gladi⁹ iracūdie. Jsto gladio percutiūt iracūdi publice iniuriando ⁊ occulte detrahēdo. Lingua em̄ detractoꝝ gladius acutus. Jste est gladi⁹ aioth. q̄ fecit sibi gladiū ancipitem vt secrete interficeret eglon regem moab Judicū iij. Detractio em̄ est gladi⁹ anceps. i. ad duas partes scindēs. quia scz tales diuersimode scindūt ⁊ detrahūt. Nam secreto dū homo nō aduertit a detractoꝝ⁹ inficitur. ⁊ ab ipis p vite ⁊ fame diminutionē impie lacerat. ps. Exacuerūt vt gladiū linguas suas. intenderūt arcū rem amaram. vt sagittent in occultis īmaculatum ⁊c. Jste etiam gladi⁹ q̄q; manifeste vulnerat. q: scz more apri homo iracūdie motus in venatoris gladio se infigit. Exemplo saul. qui irruit sup gladium suū ⁊ mortu⁹ est. sicut dicit. j. Reg. xxxj. Jste est igit gladius iracūdie. Item ē gladius accidie. Jsto gladio auferūtur hominū pedes. vt ad aliq̄d bonuꝫ opus neq̄ant se mouere. Jste est gladi⁹ quo ysboseth dormiens. s. extitit interfect⁹. sicut dr. ij. Regū. iij. Itē ē gladius auaricie q̄ dyabol⁹ percutit hominē in manib⁹ vt ad aliq̄d largiendū ipas extendere non possit. Un Amos. ix. Auaricia in capite omniū. ⁊ nouissimū eoꝝ gladio interficiam. Item ē gladius gule. Et isto percutit homo i gutture. vt scz appetat ad superfluitatem: nō ad necessitatez. Et iste est gladius quo ioab tenens mentū amase. eximēs gladium quē habebat absconditū percussit eum. Pozro amasa nō obseruauit gladiū ioab. sicut dicitur. ij. Regum. xx. Joab em̄. i. dyabol⁹ dum in manu sua tenet mentū homis id ē gulā. dū homo nō cauet gladiū suū. i. vicium castrimargie. subito percutit eū ⁊ spūaliter occidit. dū scz sub specie necessitatis facit eū prūpere ad opa superfluitatis. vñ ps. Gladius in labijs eoꝝ. Itē est gladius luxurie. ⁊ isto percutiūtur boies in renib⁹. Un Job. xvj. Circūdedit me lāceis suis. cōuulnerauit lūbos meos. effudit in terra viscera mea. cōscidit me vulnere sup vulnꝰ. Ubi notat q in isto peccato ē ptinua stimulatio lāceis ⁊c. Cordialis enervatio. Effudit in terra viscera mea. Perseueras iteratio. Vulnere iquit. sup vulnꝰ. Jsto gladio percutiūtur oia genera psonaꝝ scz pueri. sacerdotes. religiosi. populi seu sūdi ⁊c. Pueri dico. Un Job. j. Pueros percusserūt gladio. Item sacerdotes. ps. Sacerdotes eoꝝ in gladio ceciderūt. Itē religiosi.

Hiere.ij. Devoravit gladius ꝓphetas vr̃os. Itē sūditi. vñ ps. Cōclusit in gladio pplm̃ ꝛc. Aduerte tñ q̄ isto gladio q̄ cutit diabol⁹ indirecte qñ facit peccare ꝓtra naturā. et sic figurat in abner q̄ percussit asael auersa hasta in inguine. sicut dr̃. ij. Regū. ij. Hasta eñ diaboli. i. luxuria tūc vertit. qñ ꝓtra naturā circa bāc aliquid operat. Iste ē gladi⁹ malignus de q̄ dicebat Dauid. De gladio maligno eripe me. Et sic igit patet charissimi: quō cū multiplici gladio diabolus nos inuadit. Qualiter igit tot gladios euadem⁹. q̄ nudi sine armis vtutū in inimicoꝝ medio residem⁹? Nō restat eñ nisi q̄ faciam⁹ sicut leo. Leo eñ qñ videt gladios venatoꝝ: ne ab eis terreat solet ad terram aspicere. ꝛ solet cōtra gladios ꝛ spicula insurgere ꝛ bellare. Sic ꝛe charissimi: si gladij tentationū p̄dictaꝝ nos terrent Juxta illud Job. xv. Nō credit q̄ reuerti possit de tenebris. ad lumen circūspectans vndiq̄ gladiū. nō restat nisi q̄ respiciamus ad terrā. i. ad memoriā mortis nr̃e. ꝛ q̄ ibi ꝓfundius cogitemus. ꝛ sic procerto gladiū pctōrū supabimus: ꝛ contra venatores demones p̄ualere poterim⁹. Juxta illō Ecclesiastici. vij. In oibus opibus tuis memorare nouissima tua: ꝛ in eternū nō peccabis. Vñ de equo dr̃ Job. xxxix. q̄ contēnit pauorē nec cedit gladio. Iste ē igit multiplex gladius detestabilis. Tercio dico. q̄ est quidam gladius formidabilis. et iste gladius est triplex. Juxta illud Ezechielis. xxj. Duplicetur gladius ꝛ triplicetur. Est eñ gladius Diuine iurisdictionis. Iste est gladius iusticie ꝛ sentē
Mūdane tribulationis. tie dei. Iste est eñ gladius bis
Eterne flagellationis. acutus q̄ de ore sedentis i throno dr̃ exire Apocal. j. Iste ē gladius quē tenebat angelus qñ asina Balaam videns eū nō audebat vlterius ꝓtransire. sicut dr̃ Nume. xxij. Iste ē gladius q̄ angelus populuz israel interficat. qñ dauid ip̄m indiscrete fecerat nūerari. sicut dr̃. j. Paral. xxj. ca. vbi dr̃. q̄ dauid eleuans oculos vidit angelū inter celum ꝛ terrā stantē. euaginatū gladium babentē. versum ꝓtra hierlm. Angel⁹ eñ magni consilij de us. gladiū, sue iusticie aliqñ babet in ore sentētialiter diffinīēdo. Aliqñ babet in manu actualit operando ꝛ exequēdo Cū isto eñ gladio q̄ bis acutus dr̃. eo q̄ ad destructionem anie ꝛ corporis olim delinquētiū ordinat. pctōres in iudicio a bonis diuidet ꝛ abscidet Esa. xlix. Posuit os meum quasi gladiū acutuz. Cū isto etiam gladio malos in inferno puniet ꝛ affliget. q̄ fortis vastabit eos gladi⁹ ꝛ int⁹ pauor. iuuenē simul ꝛ virginem. lactentē cū boie sene Deut. xxxij. Istū angelū cum isto gladio debet videre asina. i. q̄libet simplex ꝛ būlis xp̄ianus. q̄ dum gladiū diuine seueritatis ꝓsiderat. ab icessu maloꝝ opeꝝ se retardat. Sicut. n. illa asina plus timebat gladiū q̄z calcaria. plus reuerebat angelū q̄z ꝓpriū sessorē seu dñm. Sic bō magis debz timere gladiū diuine iusticie. q̄z calcaria cuiuscūq̄ tpalis angustie. Juxta illd Job. xix. Fugite a facie gladij. qñ vltor iniquitatū gladi⁹ est. Magis eñ debem⁹ reuereri angelum. id ē deum q̄z quēcūq̄ tpalem dñm aut mgr̃m. q̄nimo magis nos debem⁹ ꝓ penas tpales nos ꝓmittere lacerari. q̄z cōtra volūtatem ip̄ius angeli aliq̄d temere opari. q̄ sicut dicit Act. v. Obedire oportet deo magis q̄z hoibus. Iste est igit gladi⁹ diuine iurisdictionis. Insup ē alius gladius formidabilis. s. mūdane tribulatiōis. ꝛ iste ē gladius quo mūdus bonos pcutit ꝛ detrūcat. De q̄ dicit Hebr. xj. q̄ sancti in occisione gladij mortui sūt. Adhuc ē gladius formidabilis. s. eterne dānationis. De q̄ potest dici illd Exodi. xv. Euaginabo gladiū meū. interficiet eos man⁹ mea. Et Hiere. l. Gladi⁹ ad chaldeos. Gladius ad habitatores babylonis. Gladi⁹ ad principes. Gladi⁹ ad sapientes. Gladius ad diuinos. Gladi⁹ ad fortes. Gladi⁹ ad eqs ꝛ curr⁹ In q̄bus verbis ostendit. q̄ multa sūt genera ꝓsonarū q̄ isto gladio feriūtur. Et isti sunt. Effrenati crudelitate chaldeos intt. qui interpretant quasi feri. Alligati cupiditate. isti sunt habitatores babylonis. q̄ non curāt nisi de habitatiōe hui⁹ mundi. Elevati pōpositate. Principes intt. Informati calliditate. ꝛ isti signāt ꝓ sapientes ꝛ diuinos. Animi temeritate. isti sūt fortes. Inflāmati carnalitate. isti sunt equi. Roborati auctoritate. isti sūt currus q̄ faciūt strepitū Omnes igit isti gladio eterne dānationis feriūtur. q̄z sicut dicit Amos. ix. In gladio morient oñes pctōres populi mei. Iste igit gladius ē formidabilis. Sufficit.

Gloria. Nota. q̄ gloria idem est qđ honor. maiestas. solēnitas. Et accipit gloria ꝓ quacūq̄ cordis letitia. cōsolatione. gaudio seu laude. Possumus igitur distinguere. Gloriam tēporalem. ꝛ gloriā eternalem. Gloria eñ temporalis est transitoria. Gloria eternalis est permansoria. Gloriantur enim aliqui in
Criminū puersitate. In criminū puersitate gloriāt pec
Mūdana ꝓsperitate. catores. de q̄bus dicit in ps. Quid
Eterna felicitate. gloriaris in malicia q̄ potens es in iniq̄tate. In mūdana ꝓsperitate gloriant viatores. Et ꝫ patet. q̄z q̄dam gloriant in diuitijs. q̄dam in sciētijs. q̄daz in fortitudine. q̄dam in pulcritudine. cōtra illud Hiere. ix. Nō glorietur sapiens in sapiētia sua. nec fortis in fortitudie sua. nec diues in diuitijs suis. glorietur autē scire ꝛ nosse me. Succedit eñ male glorianti in sapia vel in sciētia. Exemplū de Plinio q̄ cum vellet ingrere causaz incēdij mōtis etne. nimis appropinquās cōbustus ē. Itē ꝛ in fortitudine exēplum de milone cr̃ōn. narra. Itē in diuitijs. exēplum de illo cui dictū est. Hac nocte repetent animā tuam a te Luce xij. In celi felicitate gloriant cōprebēsores. ꝛ de ista dicitur Prouer. xxix. Humilē spiritu suscipiet gloria. Sicut eñ sapiens nō gloriat nisi de re vtili ꝛ honesta. Stulti ꝛo ꝛ pueri in rebus vanis ꝛ inutilib⁹ gloriant. Sic vere boni ꝛ iusti gloriant tātūmodo in bonis spūalibus ex q̄bus possūt fructus multiplices reportari. Stulti ꝛo ꝛ fatui in rebus supuacuis hui⁹ mundi. s. diuitijs ꝛ delicijs ꝛc. volūt summopere gloriari. Vñ de bonis dicit in ps. Gloria mea in deo est. Igit ceteris obmissis. De gloria eterna aliq̄d dicamus Et possumus dicere q̄ gloria idem ē qđ beatitudo. Et est gloria quoddā nomen generale ꝓfectissime significās bonorū omniū cōplemētum. Sicut eñ dicit Boetius. Beatitudo ē status oim bonoꝝ aggregatione ꝓfectus. Et ideo gloria nihil aliud est q̄z illa celestis felicitas. quā post mundi labores sancti in patria ꝓsequūtur. Breuiter igit de ista gloria pōt dicē q̄libet beatus illud Job. xxix. Gloria mea semp̄ innouabit. ꝛ sicut palma multiplicabo dies. Et quia ipse cōparat gloriā eternā palme. videte q̄ fm tres palme ꝓpietates: sē i celesti glia tria bona. Palma. n. hz fm nāles Decoris pulcritudinem. Quia fm Plinium. Palma sup
Fructus plenitudinem. oñes arbores diutius durat.
Tēporis longitudiné. Sic ꝓcul dubio eterna gloria. Habet amenitatē gratiosissimā. qđ ostendit in verbo Innouabitur. Habet fertilitatē opulētissimaz. qđ ostendit in verbo. Palma. Habet eternitatē diuturnissimā. qđ ostenditur i verbo Semp. ꝛ in verbo. Multiplicabo dies. Jstius eñ glorie pulcritudo nunq̄z defozmat. Plenitudo nūq̄z minozat. Longitudo nunq̄z terminat. Dico igit primo. q̄ in ista gloria pulcritudo ē valde gratiosa. qđ ostēditur in verbo Innouabit. Res eñ que sūt noue solent esse magis grose ꝛ magis placentes. Et ideo glia noua illa dr̃. q̄z quicq̄d est gratiosum ꝛ placidū ibi inuenit. Est eñ ibi noua lex. Nouus rex. Noua lux. Nouus dux. Noua ciuitas. Noua iocūditas. Est dico ibi nou⁹ rex. Unde Exod. j Surrexit rex nouus sup egyptū. Est etiā noua lex. Vñ Hester. iij. Nou⁹ est popul⁹ ꝛ nouis vtens legibus. Est insup ibi noua lux. Unde Hester. viij. Noua lux oriri visa ē. gaudiū. bonoꝝ ꝛ tripudium. Est insup nou⁹ dux. q̄z sicut dicit Hebre. ix. Ille q̄ est ibi ductor. testamēti noui mediator ē. Est ibi noua ciuitas Apocal. xxj. Vidi ciuitatē nouā hierusalem. Est ibi noua iocūditas. Vñ Apocal. xiiij. dicit. Qz illi q̄ sunt ibi cantabāt canticū nouū ante sedem dei ꝛ agni. quia igit oñia sunt ibi noua vt visum ē: bene sequit quod ibi ē pulcritudo valde gratiosa. Innouabit inquit. Unde Eccli. xxxvj. Innoua signa ꝛ inuta mirabilia vt de pulcritudine istius glorie dicat illud Esa. xxxv. Gloria lybani data ē ei. decor carmeli et saron. Secdo dico. q̄ in ista glia ē nitudo valde copiosa. qđ ostendit in verbo Palma. Per palmā eñ que semp̄ viret. ꝛ que multos fructus dulcissimos portat. ꝛ de qua victores antiq̄tus coronabant. et q̄ ab elephantib⁹ frequentat. intelligit gloria padisi. cui⁹ viror et pulcritudo semp̄ durat. que in fructib⁹ omniū bonorum affluens abundat. de qua etiaz deus victores ꝛ btōs premiat ꝛ coronat. ꝛ quam insup elepbas. i. q̄libet vir de.

uotus p̄ spem ⁊ desiderū circuit ⁊ frequētat. Jō de beatis dr̄ Apocal'.vij. Qr̄ ipi erāt stātes in cōspectu agni amicti stolis albis ⁊ palme in manib⁹ eor̄.vñ de filijs israel figuraliter dr̄ Exod'.xv. Qr̄ ipi venerūt in helim vbi erāt.xij fontes.et.lxx.palme. Et Ezech'.xlj.dicit. Qr̄ in tēplo inter cherub ⁊ cherub erat palma.ad denotādum q̄ illi q̄ sunt filij israel.i.deū videntes ⁊ ptemplātes.⁊ illi q̄ sūt cherub. id ē plenitudo sciēcie p̄ spūalem discretionē.fontib⁹ aquarū eterne voluptatis merent̄ satiari.⁊ palma eterne fecunditatis merent̄ recreari. Qd̄ bene senserat ille qui dicebat Cant'.vij. Ascendā in palmā ⁊ appēdam fructus eius. Est igit̄ in illa gloria plenitudo opulentissima. Quia sicut dicit̄ in p̄s. Gloria ⁊ diuitie in domo eius. Et Prouer'.iij. dicit̄. Longitudo dier̄ in dextera eius.⁊ in sinistra illi⁹ diuine ⁊ gloria. Iste em̄ sūt diuitie de q̄bus loquit̄ Grego. Si de inq̄t diuites esse cupitis.veras diuitias amate. Ista est plenitudo copiosa. Vñ Ezech'.xliij. Repleta est gloria domus domini. Domus enim domini.id est paradisus repletur gloria.quia scilicet nihil deficit ibidē. Est enim ibi

Jocūditas inestimabilis.
Sublimitas in attinguibilis.
Sacietas infastidibilis.
Societas cōmunicabilis.
Claritas indefuscabilis.
Suauitas incōtristabilis.

Est dico ibidem plenitudo iocūditatis. Unde in p̄s. dr̄ Exultabūt sancti in gloria. Est etiam ibi plenitudo sb̄limitatis seu auctoritatis. Unde in p̄s. Gloria hec est oīb⁹ sanctis eius. Est insup ibi plenitudo satietat̄. Unde in p̄s. Satiabor cū apparuerit gloria tua. Jtē est ibi gratitudo societatis dum oīnis beator̄ chorus mente ⁊ voce socia deū laudat dicens. Tibi gloria in secula seculorū. ij. Paral'.xxxvj. Item ibi ē limpitudo veritatis seu caritat̄. certitudis seu sagacitatis.q⁹ scz ibi videtur deus facie ad faciem.p̄s. Videbit̄ in gloria sua. Et Act'.vij. dr̄ de bt̄o stephano.q̄ aspiciens in celū vidit gloriam dei. Jtē ibi ē dulcedo seu gratitudo oīnis suauitatis. Esa.lxvj. Diuitijs affluens ab oīmoda gloria eius. Ecce igit̄ quō est ibi copia oīm bonor̄ Ibi em̄ nihil deficit.ibi quicq̄d est p̄ficit.ibi q̄c quid ē anime sufficit.ibi quicq̄d ē animā reficit. Et ideo dicit Bernard⁹. Festinemus inq̄t ad locū tutiorem ⁊ ad agrum vberiorē.vt habitem⁹ sine metu.abūdemus sine defectu.iocūdemur sine tedio.epulemur sine fastidio. Patet igitur quō in ista gloria est plenitudo iminuibilis. Tercio dico q̄ ibi ē longitudo interminabilis.qđ ostendit̄ cū dicit̄. Multiplicabo dies.⁊ cum dicit̄ semp̄. Multiplicare em̄ dies p̄petuitatē.semp̄ vero cōtinuitatē signat.q⁹ scz ista gloria nunq̄ cessat.sed p̄petuo cōtinuat̄ ⁊ durat. Vñ Eccl'.xxxj. dicit̄. Perfect⁹ inuentus ⁊ erit ibi gloria eterna. Jneternū em̄ durat ista gloria.q⁹ habet causam ⁊ fundamētum eternor̄.s.deum. Sicut em̄ lux de se est p̄petua ⁊ imortalis q⁹ a causa idefectibili ⁊ icorruptibili.s. a sole bz cōtinue emanare. Sic illa gloria q̄ in deo inuisibili ⁊ imortali p̄cipaliter fundat̄.nunq̄ perpetuo terminat̄. Multiplicabo inq̄t dies. Vñ Job xxxvj. Cōplebūt in bono dies suos ⁊ ānos suos in gloria. Ista ē igitur gloria eterna:gloria supna.gloria fraterna. Gloria dico eterna p̄ durationē. Unde illud.ij. Cor̄.iij. Eternū glorie pond⁹ operat̄ in nobis. Est gloria supna p̄ prelationē. Vñ in p̄s. Super celos deus.⁊ sup oēm terram gloria eius. Est gloria fraterna p̄ dilectionē.q⁹ sicut dicit Aug. sup Joh. Non erit ibi inuidia disparis caritatis.vbi regnabit in oībus vnitas charitat̄. Sed quid charissimi.p̄certo sicut videmus q̄ glorie ⁊ dignitates hui⁹ mūdi acq̄runtur magnis laborib⁹.p̄cedūtur solis maiorib⁹.denegātur viris peiorib⁹. Sic p̄certo glia paradisi magnis laboribus acq̄ritur.q⁹ sicut dicit̄ Roma. viij. Passiones hui⁹ tēporis nō sunt condigne ad futuram gloriam que reuelabit̄. Jtem viris maiorib⁹ conceditur id est qui virtutibus sunt maiores:et maxime personis

Paratis ⁊ agilibus.
Astutis ⁊ subtilibus.
Jnfirmis ⁊ debilib⁹.
Timidis ⁊ flebilib⁹.
Deuotis ⁊ humilib⁹.

Gloriā ḡ paradisi possidebūt illi q̄ sunt agiles ⁊ obediētes Job.xxxvj Si audierint ⁊ obseruauerint.complebūt dies suos in bono.⁊ annos suos in gloria. Illi etiā qui sūt astuti ⁊ prudentes Prouer'.iij. Beatus homo q̄ inuenit sapiētiam.⁊ q̄ affluit prudentia. Sequit̄. In sinistra illius diuitie et gloria. Illi etiam q̄ sunt infirmi ⁊ patientes Luc.xxiij Oportuit pati xp̄m ⁊ ita intrare in gloriā suam. Illi insup qui sunt flebiles ⁊ deum timētes Eccl'.j. Timor dñi gloria ⁊ gloriatio. Illi nihilomin⁹ qui sunt humiles ⁊ sese spernentes Prouer'.xv. Gloriā p̄cedit hūilitas. Et Prouer'.xxix. Hūilem spū suscipiet gloria. Et Job.xxij. Qui humiliat⁹ fuerit erit in gloria. Patet igit̄ q⁹ gloria ista maior⁹ conceditur. Jtē viris peiorib⁹ denegat̄. Unde Esa.xxvj. Sm̄ aliā lr̄am.tollatur impius ne videat gloriā dei. Unde etiā in p̄sona dei dr̄ Esa.xlviij. Gloriaz meā alteri nō dabo.⁊ laudem meā sculptilib⁹. Et Baruch.iij. Ne tradas alteri gloriā tuā ⁊ dignitatē tuam genti aliene.q̄si di. Jsta gloria nō est cōcedenda peccatorib⁹ qui a deo alieni reputant̄.⁊ q̄ sculptilib⁹ ⁊ reptilibus comparant̄. Patet igitur quō ista glia habet eternitatē indefectibilē habet fertilitatem iminuibilē.habet amenitatē inobfuscabilē.⁊ hoc sufficit de gloria spūali. Sed nota adhuc.q⁹ est alia glia mala. Et ista ē gloria huius mūdi. Et sic gloria accipitur pro

Mundi p̄speritate.
Vana iocunditate.
Quacūq; mūdani status solennitate.

Est dico magne deceptionis.q⁹ sicut papylio decipit̄ in candele claritate.q⁹ ibi taliter delectat̄ q⁹ circuuolans comburit̄ ⁊ crematur.

Et possum⁹ nōre q⁹
Est magne deceptōis.
Est breuis durationis.
Est nulli⁹ repletōis.
Est toti⁹ distractōis.

Sic etiā perdit̄ cū caritate luminis capit̄.qui dū de nocte lumen videt ⁊ credit esse diē.in rheti aucupis inuoluit̄ Sic illi p̄certo decipiūtur q̄ in lumie mūdane glie delectant̄. Credūt em̄ esse diem qđ est candela.credūt esse verū qđ est falsum.credūt esse vtile qđ est dānabile. Et idō dum nō aduertūt.a dyabolo liganē ⁊ capiūtur.⁊ igne cupiditatis cremant̄ ⁊ cōburūtur. Et de hoc dr̄ in p̄s. Usq; q̄ peccatores domie.vsq; quo peccatores gloriabūtur. Jtē ista est gloria breuis durationis.quia ista ē sic̄ gloria fatuorum.qui in festis ab alijs fatuis eligūtur i reges.ita q⁹ vna die fit eis magnum festum.in crastino vero deficit glia sua et sunt viles rustici sicut ante. Sic vere mundi diuites habent vnam gloriam valde breuem.nō durat nisi modicuz Festum em̄ sue solennitatis ⁊ glorie.in quo modo gloriātur ⁊ honorant̄.statim post istam vitam deficit.⁊ q̄ glorios⁹ fuerat.remanet sine gloria ⁊ honore. Unde in p̄s. dicit̄ Ne timueris cum diues factus fuerit homo.⁊ cum multiplicata fuerit gloria domus eius.quoniā cum interierit nō sumet oīnia.nec descendet cum eo gloria eius. Et Esa.xvij Attenuabitur gloria iacob ⁊c. Et Esa.xxj. Auferetur gloria cedar. Cedar em̄ interpretat̄ tenebrosus. Jacob interpretatur supplantator.q⁹ vere charissimi gloria peccator⁹ deceptorum ⁊ supplantator⁹ breuiter durat et perseverat et facliter deficit atq; cessat.imo quod peius est quātum i pūcipio habent de gloria.in fine tantū habent de miseria Unde illud Osee.iij. Gloriam eoruz in ignominiā cōmutabo. Item ista est gloria nullius repletionis. Hūq̄.u. satiat mentem glorios⁹.imo q̄tomagis augetur gloria.tantomagis augetur glorie cupido. Patet in alexandro magno.cui nō sufficiebat esse glorios⁹ in regno grecorū.q̄n potius gloriam suaz vsq; ad terre fines dilatare.multo labore.multa cede.multis periculis ⁊ angustijs tentabat.de quo vide.j.Macha.j.in pūcipio. Patet in nabuchodonosor.q̄ gloriam suam intra limites assyrior⁹ cōtineri.duxit ingloriū.sed quo gloria potiret̄ ampliori oēm cogitatōem suam eo cōiecat.vt orbem sue ditioni ⁊ imperio subiugaret vt habet̄ Judith.ij. Nec fuit gloria p̄tētus humana.s̄ omnes deos terre iussit exterminari.vt sibi soli diuini nois gloriā vendicaret.sicut p̄z Judith.iij. Igitur nō satiat s̄ euacuat mūdi gloria.nō est fertilis.sed sterilis ⁊ inanis. Unde bñ p̄cipit̄ Bal'.vj. Non efficiamini inanis glie cupidi. Et Eccl'.i.cōparat̄ nebule. Inter nebulas inq̄t glorie. Sicut em̄ nebula replet infecto aere.⁊ nec nutrit.nec satiat. Sic mūdi glia replet veneno supbie.q̄ mentē exhaurit et macerat. Vñ.j.Macha.ij. Glia eius.s.mūdi sterc⁹ ⁊ vermis est.vermis q̄ ad repletionē.sterc⁹ q̄tū ad fetorē ⁊c. dilatetur ad placitū. Item dico.q⁹ ista gloria ē tristis p̄clusionis.q⁹ sicut videm⁹ q⁹ post magnā lucē sequūtur magne tenebre.post magnū calorē sequūt̄ magne pluuie.post magnā serenitatē sequūt̄ magne tēpestates. Sic p̄certo post magnā p̄speritatē sequūt̄ magne aduersitates.⁊ p⁹ mūdi

felicitatē inferni penalitates. Apoc. xviij. vbi loq̄t de ciuitate babylonica. Quantum in⁹ glorificauit se & in deliciis fuit tantū date illi tormentū & luctū. Et hec de gl̄ia tpali sufficiant q̄ ad p̄nā. Sz adhuc dico q̄ visio q̄d ē gl̄ia spūal. & q̄d est gl̄ia tpalis. adhuc pōt d ci q̄ est q̄dam gl̄ia cordialis. et ista pōt esse bona vel mala. Bona q̄n q̄s de bono gl̄iat. sicut. q. Cor. xij. Libenter gloriabor in infirmitatibus meis Malavt q̄n q̄s gl̄iat inaniter de aliq̄ bono q̄d credit se habere vel q̄n gl̄iat maligniter de aliquo malo q̄d potuit implere. Jō de inani gl̄ia loq̄t Hiero. ad nepocianū. Nec nimis religiosa velit videri. nec plus humilis q̄m necesse ē. Et Sen̄. dicit. Gloriā fugiendo nō queras. Ille em̄ gl̄iam fugiendo sequit. q̄ de humilitate vel aliqua alia v̄tute quam h3 tanq̄ de bono ꝓprio gloriat. Et de talib⁹ loquit Grego. i moralib⁹. Sub hoste quē ꝓstrauit mouit. q̄ de culpa quā supat gloriat. Et iō dicit Criso. in omel. Si gloriari cupis gloriam despicere eris omnib⁹ gloriosior. Q̄d tm̄ ypocrite n̄ faciūt. q. ist̄ sunt de q̄bus dicit idem Greg. Qui p̄ntez gloriam amantes affect̄ p̄nt. quasi despiciēdo sequunt. & breviter fatui sunt q̄ gloriant̄ in reb⁹ tpalib⁹. q. vere illi q̄ gloriant̄ in pulcritudine sunt sicut q̄ gloriant̄ in ornamento sibi accomodato. q̄ in fortitudine sunt sicut illi q̄ gloriant̄ i fortitudine inimici sui. q̄ in diuitijs sunt sicut illi q̄ gl̄iant̄ i vinculis suis vel in sarcina q̄ ipsos in ꝓfundum ꝓiicit. q̄ in mulieris specie. sunt sicut illi q̄ gloriant̄ in simulacri facie. q̄ in scientia gloriant̄ sunt sicut illi qui gloriant̄ in candela sibi accomodata. qui in genere sunt sicut illi q̄ gloriantur in aliena virtute q̄ in ꝓprijs virtutib⁹ sunt sicut q̄ gloriant̄ in armis magistri sui q̄ portant. q̄ in gr̄a diuina sunt sicut q̄ gloriant̄ i equo magistri sui sibi accomodato. Jsta sc̄ em̄ multa genera inaniū gloriarū. Gloriant̄ g̃ fatui Jn Carnis pulcritudine. Corporis fortitudine. Rerū plenitudine. Mulieris gratitudine Scientie limpitudine Generis magnitudine. Virtutū sanctitudine Diuine gr̄e habitudine.

Jsti igit̄ omnes gloriant̄ inanit̄. q. s. gloria taliū h3 debile fundamentuz. Dico g̃ q̄ fatui gloriant̄ in corporali ꝑpulcritudine similes pauonit̄ columbe q̄ gloriant̄ in pulcritudine plumaz. Et equo q̄ gloriat̄ in pendentia iubaz. q. s. tales gloriātur in pulcritudine pellis vestis & crinis. & tm̄ de gl̄ia ista dicit Esa. xl. Omnis caro fenū & omnis gl̄ia ei⁹ q̄si flos agri Exiccatū est enim fenū & cecidit flos & decor vultus ei⁹ deperijt. Et Eccli. xj. Jn vestitu ne glorieris vnq̄z. Jtē alij gloriant̄ in corpis fortitudine. sicut milites nr̄i q̄ gloriant̄ in armis. sic̄es illis pplis venetor q̄ sibi de ere faciebant dicas fm solinū. Ad q̄d facit q̄d dicit Justin⁹ li. xliij. Quante inuentionē idolor boies adorabant lanceas. Jō de talibus fatuis nobilib⁹ dr Judith. ix. Confidūt in multitudie sua & in contis & in sagittis suis & in lanceis gloriant̄ & nesciunt q tuipse es deus noster q̄ conteris bella. Jtē alij gloriant̄ in diuitiarū plenitudine p̄s. Jn multitudine diuitiaz suaz gloriant̄. Jtem alij gloriant̄ in mulieris gratitudine. p̄s. Gloriant̄ in simulacris suis. Jtē gloriant̄ i scie limpitudine. vñ Hiere. l. De babylone q̄ gloriabat in scientijs diuinatorijs dicit. Terra sculptiliū est. & in portētis gloriat. Vñ Ro. ij. Mali clerici repbendunt. Requiescis in⁹t in lege & gloriaris in deo. & nosti voluntatē eius. Sequit. Alijū doces. teipm̄ nō doces. Jtem alij gloriantur in generis magnitudine. Jstis dr Roma. xj. Quid gloriaris? nō tu radicem portas g̃ radix te. Jtē alij gl̄iantur in suaz virtutū sanctitudine. sicut sunt ypocrite q̄ gloriant̄ sicut cattus in pulcritudine pellis. i. cōuersatiōis Jaco. iij. Nolite gloriari & mendaces esse. Jsti etiā sē q̄ bona opa sua gloriant̄ se habere nō a deo g̃ a seipso: cum dicat Eph. ij. Dei em̄ donū est nō ex operibus ne q̄s glorietur.

Jtem q̄dam gloriant̄ in diuine gratie habitudine. Jstis dr illud Hiere. xiij. Date deo gl̄iaz. De talib⁹ igit̄ male gloriantib⁹ dr p̄s. Usq̄quo pctōres dñe usq̄quo pctōres gl̄iabunt & & j. Cor. v. Nō est bona gl̄iatio vestra. Hec igit̄ de gloria corpali. tpali & supnali sufficiūt &c.

Glorificare. Nota q̄ gl̄ificare idem ē q̄d laudare: magnificare: honorare & cōmendare. Vñ nota q̄ de⁹ gl̄ificat ab homine p laudē & gratiarū actionē. Homo em̄ glorificat a deo p celestis gl̄ie distributionē. Homo glorificat a mūdo p p̄ntis honoris assecutionē. Homo glorificat ab homine p vanoz verborū adulationē. Breuiter de glorificatione qua deus glorificatur ab hoie dr Luc. xiij. q̄ mulier curua erecta est & glorificabat deū. Et. xxiij. dr. q̄ Centurio videns q̄d factū fuerat glorificabat deū. De glorificatione qua hō glorificat a deo dr in p̄s. Eripiam eum & glorificabo eū cum ipso sum i tribulatione. Timentes em̄ deū glorificat deus. q. sicut dr p uer. xxvij. Custos dñi sui glorificabit. De gl̄ificatiōe q̄ homo a mundo gl̄ificat & honorat dr. j. Mach. x. q̄ alexander rex addidit adhuc glorificare ionatham. De glorificatione q̄ homo ab homine glorificat p adulationē. dr Treñ. j. q̄ oñs q̄ glorificabant eam spreuerūt eā. & facti sūt ei inimici. Et loquit de ciuitate hierlm q̄ dū fuerat in ꝓsperitate ab omnib⁹ glorificabat. q̄ tandē q̄n venit ad aduersitatē ab oñib⁹ cōtemnebat & spernebat. q. s. adulatores nō glorificant hominē nisi q̄diu est in statu ꝓspero. Similes cicadis. q̄ in tpe daro solent cantare turbulēto aūt tacere &c. De gl̄ificatiōe v̄o q̄ dicit gl̄ie adeptionē vl̄ corpoz gl̄ificatiōem nihil ad p̄s. Vide s̄. de gl̄ia & de claritate.

Gomorra. Nota q̄ Gomorra fuit vna de ciuitatib⁹ sodomoz q̄ terremotu & igne & peste fuit subuersa. Jnterptat aūt gomorra cecitas vel seditio. timor popular vel timens pplm. Et breuiter ista signat pctōres q̄ sunt ceci & ignorantes seditiosi & rebellantes amorosi & pauescentes. q. s. a deo finaliter subuertunt. & in inferno igne & sulpbure cōburunt &c. Allega. cōtorda. dilata sicut vis.

Gratia. Nota q̄ gratia generaliter diuidit in gr̄am gratis datā. et gr̄am gratū facientē. Est em̄ gratia gratis data illa dei beniuolentia quā ex liberalitate sue bonitatis in aīmā infundit. p quā ipsam ad faciendū q̄d iustū est excitat & inducit. Et ista etiā dr gratia ꝓueniens. q. s. deus in quantū in se est parat⁹ est hoiem spūaliter ꝓuenire. & ipm ad bene agendū disponere & iuuare. Jsta gr̄a dr gratis data. q. s. a deo nobis etiā cuiq̄z & q̄q̄ pctōri cōcedit sp & offert. Et iō dicit Aug. sup Joh. Si gratis tibi gratiam dedit ipm gratis ama. si noueris ad p̄miū diligere. de⁹ ipe sit p̄miū tuū. Jsta etiā dr gratia ꝓueniēs. q. sicut homo quantūcunq̄z sit bon⁹ artifex tm̄ sine instrumēto nō potest operari. Sic vere ne spūaliter q̄q̄ homo polleat virtutibus naturalibus. nunq̄z tm̄ pōt facere aliquod bonū opus meritoriuum nisi gratia gratis data p̄ueniens sibi detur Sicut em̄ lux solis generalit̄ diffundit̄ sup oñs. ita q̄ quantum est in se parata est oñs illuminare. illi tm̄ q̄ sunt ceci illo beneficio non vtunt. Sic gratia gratis data super omnes homines generaliter distillat. & q̄ntū in se est parata ē oñs ad bonū disponere. q̄q̄ illi qui ceci sunt. s. peccatores eius nō velint influentiam recipere g̃ ipsam poti⁹ refutare. Boni v̄o q̄ habent oculos intellect⁹ istius gratie b̄ficium recipiunt. & exinde in bonis opib⁹ ꝓficiunt. q. sicut dr Prouer. xij. Qui bonus est gratiam hauriat sibi a dño. Jsta gratia similis est rori. q. sicut ros de celo sup omnes herbas generaliter descendit. in omnibus tamē herbis eq̄liter virtutem suam non ostendit. quia sc̄z alique sunt herbe sicce & mortue que per rotis influentiam nequeunt vegetari. Sic gratia gratis data generaliter omnibus concedit. Juxta illud Eph. iiij. Unicuiq̄z nostrū data est gratia. pctōres tm̄ sicci & mortui ab ista gr̄a non adiuuant. Boni v̄o spūaliter p ipsaz vegetant. q. sicut ꝓuer. xiij. dicit. Jnter iustos morabitur gratia. Gratia gratum faciens ē illa mentis dispositio p quam anima deo placita efficit. et p quam eius beniuolentiam assequitur. & p quam imago dei que in anima fuerat per peccatum turpata iterum reformat. & per quam boni a malis separant̄ & distinguuntur. q. fm Aug. de verbis apostoli. Sola dei gratia redempti a pditis sunt distincti. & est ista gratia q̄dam forma spūalis que in anima immediate a deo generat. p quaz anima ipsi deo conformat. & p quam a deo diligit̄ & acceptatur. Sicut em̄ speculum cōuersum ad hoiem recipit eius imaginem. auersum v̄o ab homine primā dispositionem perdit. & eius imaginem recipit ad quam vltimo se conuertit Sic ꝓcerto anima quando ad deū p bonam affectionem

cõuertĩ. z a dyabolo p pcti displicentiã auertĩ. tunc ima go dei in ipa p gr̃am generaĩ. Si vo a deo p peccatũ auer sa fuerit z ad dyabolum cõuersa. tunc dispositio gr̃e quaz habebat perditur. z tota ipsius species deformatur. De ista igitur gratia aliquid diffusius proferamus z dicamus generaliter q ista gratia rõne suorum effectuum multipli cium. multis reb⁹ z multipliciter compaĩ. Jsta eñ cõpaĩ

Rori. Gratia dico cõpaĩ rori. q3 cõfert humorẽ de
Flori notiõis. Cõpaĩ flori. q3 cõfert decorẽ cõuersati
Fonti onis. Compaĩ fonti. q3 purgat horrorẽ infectio
Ponti. nis. Compaĩ ponti. q3 portat fluorẽ nr̃e cõditi
Clavi onis. Compaĩ clavi. q3 p hanc celestẽ gl̃iam in
Navi gredimur. Compaĩ navi. q3 p hanc sine piculo
Flumini transuehimur. Compaĩ flumini. q3 p hanc vir
Lumini tutũ riuulis vegetamur. Compaĩ lumini. quia
Semini. per hãc p dona sp̃ussancti illustramur. Cõpaĩ semini. q3 per hanc glorie fructib⁹ fecundamur. Est igitur

Ros humectatiuus Dico ꝓmo q gr̃a cõpaĩ rori.
Flos decoratiuus. q3 est mentis humectiua. Jsta ẽ
Fons depuratiuus. eñ sicut ros hermon q̃ descẽdit
Pons sustentatiu⁹ in monte syon. p̃s. cxxxij. Sicut ei
Clavis aperitiua ostrea de mari egredĩ. z apta te
Navis transportatiua sta a rore pfundĩ. z sic margari
Flumen vegetatiuum ta in ipsa cõcipĩ. sic q̃n hõ d̃ ma
Lumen illustratiuũ. ri pcti exit p cõtritionẽ. q̃n etiã se
Semen fecundatiuũ aperit p cõfessionẽ. tũc ꝓcerto in

ipm descendit ros gr̃e z deuotionis. z generaĩ in ipo mar garita sanctitatĩ z pfectõis. z sic posset dici cuilibet tali bo mini illud Geñ. xxvij. Ex rore celi. z ex pinguedie terre erit benedictio tua. Jõ d3 in p̃s. Diffusa est gr̃a in labijs tuis. ꝓpea be. te de. ineĩ. Compaĩ igit gr̃a rori. q3 est mentẽ bu mectiua. Scõo dico q gr̃a cõpaĩ flori. q3 est mentis de coratiua. sicut eñ flos solet arborẽ in q̃ est decorare z spez fructus future verisiliter declarare. Sic gr̃a aiam decorat et venustat z fructũ future glie padisi affutur̃ declarat. Jsta eñ duo. s. gr̃a z gl̃ia bñt se sicut flos z fruct⁹. q3. s. vbi flos gr̃e nõ pcedit. ibi fruct⁹ glorie nõ succedit. z arbor. i. homo q̃ floꝛib⁹ gr̃e nõ ornaĩ. nunq̃ post mortẽ fructib⁹ glorie fe cundaĩ. sicut d3 in p̃s. Gr̃am z gl̃iam dabit dñs. q. d. gratiã primo gloriã subsequenter. Et de isto flore d3 Eccli. xxxix. floꝛete flores: q̃si lilium date odorem z frondete in gr̃am. Et sic pt3 q gr̃a est flos mentis decoratiua. Tercio dico q gr̃a cõpaĩ fonti. q3 est mentis depuratiua. Sicut eñ fons b3 virtutẽ purificatiuã z sordiũ z fecium abductiuaz. Sic gratia mentẽ purificat atq3 mundat. Et sicut abvno fonte exeũt plures riuuli. sic a dei gratia emanant plures virtu tes. Et sicut accipĩ senescens altissime ascendit. z tandem in fontẽ viuũ descendit. vbi plumas veteres dimittit. z sic renouaĩ z iuuenescit. sicut dicit Pli. Sic ꝓculdubio petõr d3 alte ascendere p cõtemplationẽ. d3 in fonte gr̃e se balne are p deuotionẽ. d3 plumas veteres. i. malos mores depo nere p pniam z cõtritionẽ. z sic renouabĩr z iuuenescet per morale mutationẽ: cõuersionẽ z iustificationẽ. Uñ Tyt. iij Justificati gratia ipsi⁹ heredes sim⁹ sm̃ spem vite eterne Et sicut fons magis fluit ad locũ inferiorẽ. sic gratia magĩ fluit ad mentem humiliorẽ p̃s. Qui emittis fontes in con uallib⁹ inter mediũ montiũ ptransibunt aque. Jõ d3 Ja co. iij. Deus superbis resistit humilib⁹ aũt dat gratiaz. Jsta est igit̃ more fontis depuratiua. Quarto dico q gr̃a cõ paĩ ponti. q3 est mentis sustentatiua. Pons eñ portat et sustinet hoiem ne in fluuiũ cadat. Pons etiaz est illd̃ quo mediante de vna ripa ad alterã hõ transit. z sine quo hõ si ne piculo rapidũ fluuiũ nõ transcurrit. q3 ꝓcerto charissi mi de ripa hui⁹ mundi ad ripam paradisi nõ trãsim⁹. z flu minis inferni piculũ nõ euadim⁹. nisi sup pontem gr̃e ma neam⁹. Gr̃a ei ẽ sic̃ pons stabilissim⁹ sup q̃ q̃diu sum⁹ mor tis eterne periculũ nõ timem⁹. Jõ bñ dicit apl's Hebr. xiij. Optimũ est gratia stabilire cor. Quinto dico q gr̃a cõ paĩ dauid. q3 ẽ padisi aperitiua. Jõ de iusto d3 Esa. xxij. da bo dauẽ dom⁹ dõ sup humer̃ ei⁹. z aperiet z nõ erit q̃ dau dat z daudat z nõ erit q̃ aperiat. Sine claue aũt dauid hõ nõ põt padisũ aperire. i. sine gr̃a dei. vt de eo possit intelli gi illd̃ qd̃ de bona aia d3. puer. xj. Mulier gratiosa inue niet gl̃iam. Uñ de Stephano pleno gr̃a z fortitudine ca niĩ q ipse vidit celos aptos. vidit z introiuit. beat⁹ hõ cui celi patebũt. Sexto dico q gr̃a cõpaĩ naui. q3 ẽ nr̃i trãs portatiua. Jsta eñ omnes quos cõtinet de piculo maris in ferni liberat z saluat. Jonas eñ q̃diu in naui fuit a ceto ñ fuit absorpt⁹. statim vo q̃n a naui fuit eiect⁹ z in mari pic tus a ceto extitit deuorat⁹. sicut d3 Jone. ij. q3 ꝓcerto q̃ diu hõ est in naui. i. in statu gr̃e ipse nõ b3 cetũ. i. dyabolu ptimere. Si vo p pctm̃ mortale de ista naui ejiciaĩ. statim a ceto. i. dyabolo subiugaĩ. z ab eo finaliter deuoraĩ. Sine vo ista naui hõ ad portũ padisi nũq̃ puenit. vñ Sap. xiij. Transeuntes mare p ratem liberati sunt. z Act. xv. Per gr̃am credim⁹ saluari. Gia igit̃ d3 nauis q3 est ad portum transportatiua. Septimo dico q gia d3 flumen. q3 ẽ ani me vegetatiua. sicut eñ flumen terrã circũiacentẽ penetrat z imbibit. z ipam vegetat hũectat z infundit. Sic gr̃a dei aiam sp̃aliter vegetat z humectat. z p deuotionẽ z p cõ passionez ipsam irrigat z fecundat. Jõ de ista d3 Eccli. xl. Ad oram fluminis omne semũ euellet. z gia sicut padisus i bñdictioib⁹ z mia abundabit ꝛc. Octauo dico q gr̃a cõ paraĩ lumini. q3 est mentis illustratiua seu informat ua. si cut eñ lumen fluit a corpe luminoso z aerẽ cui infundĩ ĩ luminat. Sic gr̃a a deo emanat. z humanã mentẽ informat z illustrat. Uñ peccatori d3 Eph̃. v. Surge q̃ dormis z ex urge a mortuis z illuminabit te xp̃s. Gr̃a eñ est lumen ad reuelationẽ gentiũ. q3 sicut d3 Tytũ. ij. Apparuit gia dei z saluatoris nostri omnib⁹ hoib⁹ erudiens nos. Jõ multi sẽ q̃ q̃uis habeant claros oculos z intellectus. q3 cũ eis defi cit lumen gie. nesciunt se dirigere ad salutẽ. immo sepissi me errant per petã z vicia. Nono dico. q gia cõpaĩ semi ni. q3 est mentis fecundatiua. Sicut eñ semẽ in terra ꝓiĩ tur vt exinde fruct⁹ fecundĩ generet. sic semẽ gie a deo bo mini cõcedĩ vt fruct⁹ bonor̃ operũ ꝓcreet. vt p ipm ani ma bonis vntib⁹ fecundet. q3 sicut d3 Luc. viij. Semẽ ce cidit in terrã bonã z ortũ fecit fructũ centuplũ. Uñ. ij. Co rinth̃. ix. Potens est aũt de⁹ oẽm gr̃iam abundare. facere i vobis vt in oib⁹ omnẽ sufficientiã habentes. abundetis in omne opus bonũ. Et sic igit̃ pt3 quõ gia diuersis rebus di uersimode põt comparari. sm̃ q diuersos effect⁹ põt itro ducere z opari. Jsta est eñ sicut influentia celestis q̃ p sui diffusionẽ solet trã ficcã z sq̃lidã imutare z ipam diuersis fructib⁹ fecundare. Sic diuina gr̃a q̃n hominẽ penetrat et infundit diuersis bonis fructib⁹ z opib⁹ abundare facit z eã sp̃aliter renouat z cõuertit. Sepe ei fit vt vbi abunda uit delictũ q ibi supabundet z gia. Uñ etiã Paul⁹ apl's di cebat de seipso. q̃. s. de pessimo fuerat fact⁹ optim⁹ divina gia mediãte. j. Cor. xv. Gia dei sũ id qd̃ sũ. z gr̃a ei⁹ in me vacua nõ fuit. q. d. Gia est forma sp̃alis q̃ dat esse sp̃iale z morale. sine qua homo sp̃aliter nõ est. q3 ꝯ Aug. Pec catũ nihil est z nihil fiunt boies cũ peccant. Gratia autem

Viuificat. Gr̃a dico viuificat. q3 tollit pcti mortalita-
Pacificat. tẽ. vñ Geñ. xij. Viuat anima mea ob gr̃az
Fortificat tui. Jtẽ pacificat. q3 tollit cordiũ diuersita tẽ. Uñ. j. Pet. j. Gr̃a vobis z pax a deo patre vr̃o m̃tiplicet. Jtẽ gr̃a fortificat. q3 ꝓfert stabilitatẽ. vñ Heb. xiij. opti mũ ẽ gr̃a stabilire cor. Act. vj. Stephan⁹ plen⁹ gr̃a z fortitudie ꝛc. Quia igr̃ gr̃a tot z tantos bꝫ vtuosos effect⁹ ipaz debem⁹ sume q̃rere. z ipam cũ oi diligẽtia ꝓcurare. Dicit eñ Amb. sup lucã q vberior est gr̃a q̃ pcatio. sp ei pl⁹ tri buit dñs q̃ rogaĩ. Et q3 sm̃ Greg. Petentis negligẽtia re phẽdĩ vbi dãtis mia ñ dubitaĩ. nec ẽ q p gr̃a ipetrãda ad eũ recurram⁹ vt ipaz inuenire cũ efficacia valeam⁹. Jux ta illud Eccli. iij. Quanto maior es humilia te z inuenies coram deo gr̃am. Jsta igit̃ dicta morall̃ de gr̃a sufficiãt q̃ ad pns

Gratiarumactio. gratitudo

Nota q gratiarũactio est q̃dam virtus. qua hõ bñficia re cepta cõfitet z recognoscit. z est virtus ad quã omnis cre atura q̃dam naturali iure mouet z inclinaĩ. Generaliter omnia que sunt benefactores suos recognoscunt. z quasi vices rependendo gratias exhibent atq3 reddunt. Et iõ gra tiarumactio nihil aliud est q̃ quedam laus. quedam con fessio. q̃dã recognitio ꝓceptor̃. Sicut eñ aues in mane be

neficiū solis ⁊ luminis sentientes solent exultare ⁊ letari. atq; dulcimode modulari. Sic dō qñ sentit se. vel a deo vl' ab alio bñficiū aliqd recepisse debz quadā naturali leticia pfundi ⁊ ad laudandū p gratiarū actionē efficacē animari. Vñ sic faciebat filij isrl. q. Mach. j. dicentes de magnis periculis a deo liberati magnifice gr̄as agim⁹ ipsi. Animalia bruta recognoscunt suos benefactores ⁊ liberatores. sicut de elephante legit. q cū in foueam ceciderit. venatorez q̄ ipsum uberat sequit. ⁊ omni siluestritate depsita p suscepti beneficiū edomat. De tygride vō legit q cū in foueam ceadisset. ⁊ q̄dam miles transiens ipsam extinde trahisset. fera extracta liberatorē suū cōducebat ⁊ sequebat. ⁊ cū cauda blandiendo gr̄as agere videbat. sicut exemplificat Plini. Quid dicā de quodā leone de quo fit mentio in hystoria dierosolimitana. Sicut em̄ ibidem dr cū vltra mare esset exerat⁹ xp̄ian⁹. q̄dam miles casu quendā leonē inuenit quē q̄dem serpens taliter ligauerat q nō poterat se mouere. Miles vō pietate cōmot⁹ serpentē occidit ⁊ leonem liberauit. Leo aūt tanq̄ gratū animal se seruituti militis mancipauit. Solebat em̄ accipe p̄das p memoria ⁊ ad militē deferebat. intantū q nō solum militi ꝫ etiaz magne parti exercitus comoda plurima cōferebat. Quid vltra? nō sufficit leoni tanta gratitudo q̄nimmo milite ad patriā redeunte mare ⁊ nauem intrante ⁊ leonem dimittere volente: leo mare ingreditur ⁊ nigr̄m vsq; in nauem sequit ⁊ ibi aliq̄diu cōmorat. ꝫ tandem deficientib⁹ victualib⁹ leo in mare ꝓicit ⁊ sic piū animal pia gratitudine mortis periculo subiugat. Quid igit dicem⁹ charissimi nos alij q̄ sumus rōnales creature. cū videam⁹ q animalia carentia rōne tali ⁊ tanta gratitudie sint dotata. Reuera nos debem⁹ sup omnia grati esse. ⁊ benefactorib⁹ gratam vicissitudinē exhibere. Sicut dicit Señ. epl'a. lxxxiij. Justicie cōueniens est. beneficio gr̄as. ⁊ iniurie reddere talionē. Quia vō bñficia a deo accepta digne nō possum⁹ cōpensare. necesse ē p gratiarū actionē dei liberalitati humiliter cōplacere. Jdeo monet apl's. j. Thes. v. Semp in q̄t gaudete. sine intermissione orate. in omnib⁹ gratias agite. In q̄bus verbis ostēdit q gratiarū actio debet fieri quatuor modis. q̄. s. ista debet habere Jugem cōtinuitatē. Semp in q̄t t̄. Vultus iocunditatē. Gaudete in q̄t. Vocis humilitatē. Orate inquit Magnā integritatē. In oīb⁹ in q̄t gr̄as agite. Gr̄arū em̄ actio debet esse te seu integritate. Primo dico q ista
Cū cōtinuitate debet hr̄e iugē cōtinuitatē. Semp in-
Cū iocunditate quit. sine intermissione. Bñficiū enim
Cū humilitate receptū nunq̄ debet de mente recede-
Item p gratie visitationē. ps. Accedite ad eū t illumina mini t facies vestre nō cōfundent. Accessus em̄ ad xpm si gnat gram gratis datā. illuminatio vo gram gratū facien tem. Item illuminat p aduersoꝝ moderationē. Luc.j. Jl luminare bis q̄ in tenebris t in vmbra tc. Et in ps. Dns il luminat cecos: dns erigit elysos. Item illuminat p sacre scripture eruditionē ps. Preceptū dñi lucidum illuminās oculos. Item illuminat p glie distributionē. Apo. xviij. Vi di alterū angelū t terra illuminata est a gloria ei⁹. Et Esa. lx. Illuminare irlm qz venit lumen t glia dñi sup te orta e Jste est igit̄ xps verus illuminator. Eccl. xlij. Sol illumi nans p oia respexit. Fatui sunt igit̄ q̄ magis volunt illu minari p lunā q̄ p solem: a mundo q̄ a xpo: p tpalem pro speritatē q̄ p xpi spualem gram t benignitatē. Jsti sunt si cut vespertiliones q̄ de lumine solis nō curāt: ꝫ in lune seu candele lumine se delectant. Quia. s. mūdi peccatores pl⁹ gaudent illuminari a creatura q̄ a creatore: a dato q̄ a da tore: a ꝓsperitate defectibili q̄ a ppetuo largitore. Illumi natio em̄ ista q̄. s. pcedit a mundi scientijs vl a mundi diui tijs solet cōburere p auariciā. ps. Tota nocte in illumina tiōe ignis. Solet decipe p ignorantiā. Exo. xiij. Erat autē nubes tenebrosa t illuminans noctē. Solet inficere p im mundiciam. ps. Nox illuminatio mea in delicijs meis. Et breuiter iste illūminationes sunt potius obtenebrationes similes choruscatōni q̄ ita transitorie radiat q̄ plus obscu rat q̄ illuminat. t magis nocet q̄ iuuat. Peccatores igit̄ non illuminant. Et hoc vel ꝓpter defectum illuminantiuz scz doctoꝝ vel platoꝝ. q̄. s. ita obscuri sunt t ignari q̄ ali os illuminare nō p̄nt. Juxta illud qđ de idolis dr Baruc vj. Signa inquit in celo gentibus nō ostendunt: neq̄ illu minabunt vt sol: neq̄ illuminabunt vt luna. Vel ꝓpt̄ ma ximā obscuritatē recipientiū. q. s. multi sunt ita p peccatū obscurati t indurati q̄ nullo modo possunt illūinari. Sa piētie. xvij. Neq̄ syderū limpide flamme illuminare pote rant noctē illam horrendaz Non sic: sed a xpo recipiam⁹ spuales illuminationes non a mundo tempales: vt dica mus illud ps. Dns illuminatio mea t salus mea quē time bo. Xpc inqt. Ūn̄. ij. Thim̄. j. Gratia data est nobis in xpo Jesu ante tempora secularia: manifestata aūt nunc p illu minationem dñi nri ihu xpi: qui destruxit mortem. illumi nauit autem vitam. Eligat igitur causa efficiens. xps. Ex pellatur forma deficiens Mors t dormitio. Perquiratur status ꝓficiens. Surge t exurge. Et si vis nota q̄ xpus multos diuersimode solet illuminare: videlz. Delinq̄ntes p gratiam p̄uenientem. Penitentes p veniam subuenien tem. Ignorantes per sapientiam vel per doctrinam con uenientem. Indigentes vel patientes per leticiam ꝓfici entem. Triumphantes seu consummantes p gliam ꝓfici entem. Illuminat igit̄ xps delinquentes ipos p̄uenies p gratie infusionē. Pctor em̄ nō se cognosceret nec a pctō resipiscē ꝓponeret nisi ipm de⁹ p gratiā p̄ueniret. Et ista est illuminatio mortuoꝝ. i. peccatoꝝ. De qua in ps. Dñe il lumina tenebras meas. Et illud. Illumina oculos meos ne vnq̄ obdormiam in morte. Item illuminat penitentes se proficientes ipsis subueniens p venie collationem. Et ista est illuminatio illius ceci qui ex luto facto de spu to linitis oculis illuminatus est vt videret dare omn̄a:

sicut dicit Job.ix. Sputum enī abominationem ⁊ vilitatem status peccati signat. lutum vo mortis memoriam de signat que duo si xp̃us apposuerit: cōstat q̄ peccatorē illuminabit: ⁊ sibi visum spūalem p̄ gr̄am ⁊ venā reformabit Ista est etiā illuminatio tbobie q̄ cū felle piscis illuminat? est. Fel enī amaritudinē penitentie signat ⁊ cōtritionis. vñ de ista illuminatione ⁊ sanatione spūali dicit Eccli. xxxiij Oz de? est depcatio offensionis: adiutoriū casus: exaltās animā: illuminans oculos: dans sanitatē ⁊ vitā ⁊ benedictionē. Itē illuminat innocentes seu se regere nesciētes p̄ doctrine ꝓpinationē. Doctrina enī fides ⁊ sapientia dei instruunt ⁊ elucidant intellectū. ps̄. Preceptū dñi lucidus illuminans oculos. Istud est mel qđ comedit Jonathas ⁊ illuminati sunt oculi eius. sicut dr. j. Reg. xiiij. Item illuminat tribulatos seu patientes p̄ spem fiduciā ⁊ consolationē. Esa. lx. Surge illuminare ierlm q: venit lumen tuum. i. cōsolatio tua ⁊c. Vñ xp̃s est ille angel? babens potestatē magnā: ⁊ terra illuminata est a glia eius. Apoc. xviij. Terra ei obscuros desolatos ⁊ tenebrosos designat quos dei misericordia illuminat ⁊ cōfortat. Hebr. x. Illuminati magnū certamen passionis sustinuistis. Itē illuminat sanctos ⁊ beatos seu triumphantes p̄ glorie retributionē: q̄a sc̄s sol. i. xp̃s p̄ omnia respexit. Ecci. xlij. Quia dñs Apoc. xxj De ciuitate paradisi seu de btā aia. Claritas dei illuminabit eam: ⁊ lucerna eius est agnus. Vide de Luce: de Lumine ⁊c. Sufficit.

Imago. Nota q̄ imago accipit p̄ quacunq; figura repsentatiua alicuius rei. Moraliter aūt accipit in bono, ⁊ in malo. In bono enī signat bonā bonoz imitationē. Bonoz exemploz emersionē. Morū honestoz cōpositionem. Et sic imago pōt dici ille q̄ ad similitudinē dei ⁊ sanctorū est honeste composit? ⁊ format?. Alijs miñ? pfectis i exemplar datus ⁊ alijs meliorib? cōformat? ⁊ ipoz virtutes p̄ viribus imitat? ⁊ cōsecut?. Et sic igit imago designat virū pfectū bonis gratijs ⁊ virtutib? compositū ⁊ dotatū. De q̄bus intelligit illud Roma. viij. Quos pscivit hos ⁊ predestinavit cōformes fieri imaginis filij sui. Item imago accipit in malo. Et sic signat malā maloz imitationē. ypocritarū simulationē: bonoz tpalium fictionē. Sicut enim imago nō bz esse verū sed fictū ⁊ simulatū: nō bz etiā mēbra interiora. nō pōt etiā se mouere cū nō habeat vitā. sic ypocrite habent similitudinē nō veritatem. Isti enī videntur esse ⁊ nō sunt. q:. s. ipsi habent tm̄ exteriorē apparentiam: nullā aūt habent interiorē existentiā Isti enī sunt quedam picta ⁊ picta idola: q̄ quis multū habent formositatē ⁊ honestatis: nihil tn̄ habent sanctitatis seu bonitatis. Vñ de factoꝝ? idoloz dicit Esa. xliij. Fecit inquit imaginez viri quasi speciosum boiem habitantē in domo. Oz etiā tales imagines nihil habeant potestatis. ptz Sap̄. xiij. vbi dicit. Nō pōt se adiuuare imago enī est. ⁊ opus est illi adiutoriū. Bona etiā mundi possunt dici imago. Nō sunt enī nisi q̄dam similitudo bonoz eternoz. Vñ in ps̄. dicit. Verūtamen in imagine ptransit homo. Prosperitas enī ⁊ vita pñs est sicut imago q̄ appareat in aqua q̄ ad motū aque statim turbat. Debilem enī valde habet existentiā ita q̄ facilime dissipat. q:. s. motus tribulationū: mortis: infirmitatis: pauptatis ⁊ aduersitatis istam imaginē faciliter cōturbat ⁊ destruit. ip̄amq; finaliter penit? annihilat ⁊ subuertit. ps̄. Imaginē ipoz ad nihilum rediges. De bona igit imagine. i. deviro pfecto possum? exponere illud Sap̄. vij. Cādor enī est lucis eterne. ⁊ speculū sine macula ⁊ imago bonitatis. Auctoritatē istam habes expositam diuisam ⁊ p̄secutam in sermone de purificatione. Lumen refulsit i habitaculo. Jō ad pñs exponamus illud Job. iij. Stetit q̄dam cui? non agnoscebā vultum imago coram oculis meis In q̄bus verbis aduerte q̄ sicut imagines sanctoz in ecclesijs firmiter situant: aliud imitant pub. ice demonstrātur. Sic vere si nos volum? dei ⁊ sanctoz imagines esse ⁊ figure nos debem?: videlz Firmiter situari p̄ animoz stabilitatē. Aliud imitari p̄ melioz cōformitatē. Publice demonstrari p̄ exemploz claritatē. Sim? ergo charissimi Cordialiter roborati. Stetit inq̄t q̄dam. Virtualiē cōformati. Imago inquit. Exemplariē p̄tati. Coram oculis nostris. Dico igit p̄mo q̄ si volum? esse spūales imagines: nos debem? firmiter situari. Stetit inq̄t q̄dam. Sicut enī videm? q̄ imagines sanctoz de aliqua forti ⁊ solida materia fiunt. sicut de lapide vel de aliquo solido ligno. vl etiaz de metello: ⁊ hoc vt diutius durent ⁊ ne faciliter corrūpantur. Unde de illo ligno qđ dicit ylex solent fieri in templo imagines p̄m Isid. eo q̄ lignū sit fortez imputribile: ita q̄ sub aqua ad modū lapidis indurek. Vñ Esa. xl. Forte lignum ⁊ imputribile elegit artifex sapiens ⁊c. Et loquit de idolis. Et Esa. xliij. dr. Artifex lignar? fecit imagine: succidit cedros: tulit ylicem ⁊ quercū. Solent etiam in locis firmis locari ⁊ situari ne p̄ impulsum ventoz vel alis facilē cadant ⁊ destruant. Vñ Hiere. x. Clauis ⁊ malleis cōpegit illud vt nō dissoluat. Sic p̄certo charissimi nos debemus esse firmi ⁊ solidi p̄ constantiā ⁊ stabilitatē boni ꝓpositi: ⁊ in stabili loco sancte ecclesie p̄ stabilitatē fidei collocati: vt. s. p̄ p̄severantiā impulsi tentatiōib? nō moueamur ⁊ ne p̄ pctm̄ cadam? a statu gratie vl corrūpamur. Stetit inq̄t. Jō p̄cipit. ij. Thes. ij. State ⁊ tenete traditōes quas didicistis. Ut sim? de illis de q̄bus dicit Apo. viij. Vidi septem angelos stantes in cōspectu dñi vt iste sit sicut supra dictū est. Cādor lucis eterne ⁊ speculū sine macula ⁊ imago bonitatis dī. Sap̄. vij. ⁊ xiij. Imago enī est. Esse ei stabilitatē designat. Sz p̄certo charissimi video bodie multas imagines. i. multas psonas que tali p̄severantie firmitate nullaten? sē dotati. Et iō videt q̄ multi sē sicut imagies debiles ⁊ nō stabiles: fluide ⁊ nō solide: deficientes ⁊ nō permanentes. Et iō notare possum? q̄ sūt plures imagines q̄ nō sē stabilis sed fluxibilis nature. Vñ nota q̄ sūt Imagines

Terree. Omnes ei imagines faciliter generant ⁊ faciliter destruunt. Esse enī ipsarū nō est dura
Uitree. bile. sed defectibile ⁊ variabile. sicut ad sensū
Ceree. apparet q̄ Imago terrea cito conterit. Ui-
Aquee trea leuiter frangitur. Cerea cito dissoluitur
In speculo. Aquea cito conturbat. In speculo cito im-
In muro mutatur. In muro cito maculat. Imago terrea signat auaros. Isti enī sunt terra ⁊ terrei: in terrenis ⁊ temporalibus occupati. Esa. lvij. Posuisti vt terram corpus tuum. Unde cuilibet auaro potest dicere dyabolus illud Hiere. ij. Traduxi vos per desertum: p̄ terram inhabitabilem et imaginem mortis. per terram sitis ⁊ in via in qua nō ambulauit vir nec habitauit homo. Imago vitrea signat superbos. Isti enī ad modū vitri volunt splendere ⁊ p̄ inanem gloriam relucere. Unde de supbis ⁊ elatis potest dici Abacuc. iij. ca. Splendor eius vt lux erit. cornua in manibus eius. Unde superbo potest dici illud Esa. xliij. Qr dyabolus fecit imaginem quasi speciosi hominis habitantis in domo. Et Ezech. vij. dicit. q̄ ornamenta monilij suorum in superbiam posuerūt ⁊ imagines abominationuz suarum fecerunt ex eo. Imago cerea signat luxuriosos. Isti enim modico igne carnalis concupiscentie excitantur et in libidinem resoluuntur. De quibus dicitur in ps̄. Sicut cera que fluit auferentur. supercecidit ignis ⁊ nō viderunt solem. Unde luxurioso mulieri dicitur Ezech. xvj. Feciste tibi imagines masculinas ⁊ fornicata es. Vñ iste est imago bestie. de qua dicitur Apoc. xiij. q̄ dyabolus dicit habitantibus super terram q̄ ipsi faciant imaginem bestie que habet plagam gladij. Expone contra luxuriam et mulieres. Imago aquea signat iracundos. Quia scilicet imago in aqua apparens ad modicum aque motū cōturbatur. Sic iracundi occasione modica concitant. Unde in ps̄. dicit. Sicut aqua diffusus sum. ⁊ dispersa sūt omnia ossa mea. Et alibi. Turbati sunt ⁊ moti sunt sicut ebrius: ⁊ omnis sapientia eorum deuorata est. Iterū ps̄. Verūtamen in imagine ptransit homo. sed et frustra cōturbat.

Imago in speculo homini ridenti solet arridere: ⁊ cum tristato tristitiam simulare. Quia scilicet modus est adulatorum se omnibus conformare. ⁊ maxime diuitibus cū quibus sunt ita vt recte videantur gaudere cum gaudentibus ⁊ flere cum flentibus. Iuxta illud Sapient. xvj. Ad quid quis volebat conuertebatur. Unde adulatores videntur posse dicere illud. ij. Corinth. iij. Gloriam domini speculantes in eandē imaginē transformamur. Imago vo in muro signat ypocritas deceptores. Talis enim ima

go nō habet nisi apparentiā. Isti ēm more talis imaginis pulcri ꝛ honesti apparent exteri⁹: q̄ tm̄ sunt lutei ꝛ lapidei id est petōres ꝛ infecti interi⁹. vñ talib⁹ dr Act. xxiij. Percutiet te deus paries dealbate. Ām. ꝓpe ypocrita dr imago mortis q̄ n̄ pōt se mouere. De qua Sapiē. xv. Aspect⁹ ei⁹ dat insensato concupiscentiā: ꝛ diligit mortue imaginis effigiem sine anima. Tales imagines. i. tales hypocrite figurant Ezechē. xxiij. vbi dr. Or ooliba vidit viros depictos in parietib⁹. imagines chaldeorum expressas coloꝛib⁹: balteis accinctos renes: tyaras tinctas habentes in capitib⁹ forma ducuꝫ: omniū similitudinē filioꝝ babylonis. Iste imagines charissimi significant multos fictos ꝛ varios ecclesiasticos q̄ in parietib⁹ sancte ecclesie habent hodie formaꝫ ducum ꝛ prelatoꝝ: ꝛ portant tyaras atq; mitras. Isti ēm dicunt viri picti ꝓpter suam indurabilē vanitatē. Dicunt expressi coloꝛib⁹ ꝓpter sue cōuersatiōis fictam formositatem ꝛ honestatē. Dicunt habere baltheos in renib⁹ ꝓpter violentam cōtinentiā ꝛ castitatē. Dicunt habere mitrā in capitibus ꝓpter obtentam ab eis ecclesiasticā dignitatem. Dicunt habere formā ducum. i. specē bonoꝝ nō essentiā nec veritatē. Dicunt tm̄ cū hoc habere similitudinē filioꝝ babylonis. i. viroꝝ peccatoꝝ ꝓpter sue male vite occultam peruersitatē ꝛ iniquitatē. Tales igit imagines faciliter a statu gratie deficiunt ꝛ corrumpunt: ꝛ faciliter in peccatū decidunt ꝛ labunt: ꝛ sic spūaliter cōterunt. Ām. iij. Reg. xj. Destruxerunt aras baal. ꝛ imagines cōtriuerunt valide. Nō sic igit charissimi sed spūales imagines simus. Et sic erim⁹ in virtutib⁹ cōformati. Steti inq̄t. j. Corinth. x. Qui stat videat ne cadat. Secūdo si volum⁹ esse spūales imagines nos debem⁹ esse meliorib⁹ cōformati. qđ ostendit in verbo imago. Natura ēm imaginis est q̄ cōformet illi rei cui⁹ est imago ꝛ q̄ ipsū quantū est possibile repsentet. Ydo de adam dr Gen. v. q̄ ipse genuit filium ad imaginē ꝛ similitudinem suaꝫ. Et iō charissimi: qr nos alij sum⁹ in ecclesia in loco statu ꝛ gradu prioꝝ sanctoꝝ ꝛ viroꝝ pfectoꝝ q̄ añ nos fuerunt. Ām bn̄ dico q̄ ipsos nos debem⁹ imitari ꝛ eorum vtutib⁹ cōformari. j. Corꝝ. xv. Sicut portauim⁹ imaginem terreni. portem⁹ ꝛ imaginem celestis. Sūentes ēm lapis est preciosus in se cōtinens imaginē lune. q̄ q̄dam imago ipsi lune in omnib⁹ se conformat. Ipsa ei crescente crescit ꝛ decrescente decrescit. Ad notandū q̄ imago lune. id est cōformitas dei ꝛ sanctoꝝ debet in nobis relucere ita q̄ ꝗtum erit possibile cōditiones ꝛ mores nostros eorum moribus cōformem⁹. ꝗtum ad crementū boni ꝓfect⁹. ꝗtum ad detrimentū mundani successus. ꝗtū ad lumē sue honestatis. ꝗtū ad obscuritatē sue humilitatis. vt dicam⁹ illud. ij. Corꝝ. iij. Jam reuelata facie gl̄iam dn̄i speculātes in eandē imaginē trāsformemur. Ad tm̄ est contra mltos q̄ nō se cōformant meliorib⁹ sed peiorib⁹. Nō pfectis ꝫ infectis. Nō virtuosis ꝫ viciosis. Isti figurant in illis q̄ adorauerunt bestiam ꝛ adorauerūt imaginē: q̄ tandē vna cuꝫ bestia missi sunt in stagnum ignis ꝛ sulpburis. sicut dicitur Apoc. xiij. ꝛ xiiij. xv. ꝛ xvj. ꝛ xix. Bestia vo est dyabolus: eius vo imago ꝛ repsentatio est peccatum. Quia. s. illi qui imaginē dyaboli ꝛ virorum iniquoꝝ secum portant p imitationē finaliter in ignem sulpburis ꝛ eternā damnatiōeꝫ mittunt. Sicut vo dicit Apoc. xv. Illi q̄ vicerunt bestiaꝫ ꝛ imaginē eius. i. dyabolum ꝛ pctm̄. stabant sup mare vitreū. i. in affluentia claritatis eterne cū canticis ꝛ citharis. Simus igit nō peioribus sed meliorib⁹ conformati. Tercio si volum⁹ esse spūales imagines nos debem⁹ esse cūctis gentib⁹ presentati. Cora me inq̄t. Sicut ēm imagines i locis publicis ꝛ nō occultis ponunt: vt p eaꝝ aspectū homines ad deuotionē inuitent. Sic boni viri ad alioꝝ exēplar ꝓponunt. vt videntes eos p eoꝝ doctrinā ꝛ exēpla ad melius excitent. Coram me inquit. Juxta illud Mat. v. Sic luceat lux vestra cora hominib⁹ vt videant opa vra bona ꝛ glorificent pīem vrm q̄ in celis est. Ad tm̄ est cōtra multos q̄ ita sunt turpes ꝛ infames in cōuersatione q̄ nō sunt digni alijs ꝓponi p exemplari. Quis ēm bona exempla a suis p̄decessoribus potuerint accepisse: ipsa tm̄ alijs repzsentare nō nouerunt. Sunt ēm similes q̄busdam speculis q̄ ꝛ si cuiuscunq; pulcri hominis imaginem recipiant: ipsa tm̄ alijs turpissimā repsentant. Similes etiā sunt lapidi q̄ dicit topazius. qui imaginem in se receptam reuersam repsentant. Sunt vo multi q̄ imaginē bonoꝝ exemplorum que a suis maioꝝ accipiunt in se nō retinent nec recipiunt: immo alijs totū cōtrariū ꝛ totū reuersum repsentant ꝛ ostendunt. Quia si danē bona exempla. ipi tm̄ dant alijs turpia infamia atq; mala. Unde de talib⁹ dr Roꝝ. j. q̄ ipi mutauerunt gl̄iam incorruptibilis dei. in similitudinē imaginis corruptibilis hois ꝛ volucrū ꝛ quadrupedū. q. d. Isti imaginē dei. i. repsentationē bonoꝝ exemplorū deberēt aliis p exemplar ostendere. ipsi tm̄ ostendunt eis similitudinē corruptibilis bois p luxuriā. similitudinē volucrū p superbiam. similitudinē q̄drupedū p auariciā. Et si vis pone q̄ que dam sunt imagines

Porci per luxuriam
Leonis per superbiā.
Canis per auariciam
Talpe cece p ignorantiā
Bouis per pigriciam.

Et tm̄ isti deberēt aduertere ad illud qđ scribit Apoc. xiij. Or. q̄cunq; adorauerit bestiam vel imaginem ei⁹ bibet de vino ire dei. Non sic charissimi sed coram aliis repsentemus imagines bonoꝝ exemploꝝ: vt de nobis possit dici illđ Lu. xxiij Fuit vir ꝓpheta potens in opere ꝛ sermone cora deo ꝛ hominib⁹. Ut sit etiā sicut ille liber de quo q̄libet possit dicere illud Ezech. ij. Erat liber inuolutus scriptus intus ꝛ foris ꝛ scripte erant in eo lamentatiōes carmen ꝛ ve. ꝛ expā dit illud coram me ꝛc. Expone sicut supra. Simus igit tales vt coram aliis ꝓ exemplari ꝓponi possim⁹ ꝛ debeam⁹. Talis ēm imago viri iusti nō est velanda vel occultanda. sed cunctis exemplariter demonstranda. Ām. j. Corint. xj. Vir. i. virtuosus homo nō debet velare caput q⁹ imago et gloria dei est. Et sic igit pt⁹ quō poterim⁹ esse bone ꝛ spirituales imagines. s. si simus cunctis exemplariter p̄senta ti. Bonis virtualiter cōformati. Int⁹ cordialiter cōfirmati. Et hec de imagine sufficiant. Vide de idolo. Nihil dico de imagine dei que resultat in anima. q⁹ hoc est magl scīētiale ꝫ morale. Nec de imagine patris q̄ est filius. q⁹. s. sicut aliqua sunt specula cōcaua. que imaginē longe a se pīciunt. ita q̄ imago nō intra speculū sed longe extra apparere videt. ita q̄ quasi posse palpari credit ab ignaris. Sic dn̄s pater speculū sine macula per pietatē cōcauū ꝛ depssum. imaginē suum. s. filiū benedictū extra in mundū picait ꝛ immisit. s. p incarnationē beatam intantum q̄ palpabilis ꝛ visibilis apparuit vniuersis. Ām Baruch. iij. Postea in terris visus est ꝛ cum hominibus conuersatus est. scz xp̄us. q̄ sicut dicit Col. j. Est imago inuisibilis dei. Sz de ista nihil ad presens.

Immaculatus. Nota q̄ immaculat⁹ dicit ille qui nullam habet maculā peccatoꝝ. Et iō immaculat⁹ idē est qđ sanct⁹ q̄ de peccato liber est ꝛ immunis. Juxta illud p̄s. Ero immaculatus cū eo: ꝛ obseruabo me ab iniquitate mea. Ubi ostenditur q⁹ ad hoc q⁹ aliquis possit esse innocens ꝛ immaculatus tria sunt necessaria que etiam sunt necessaria illi qui vult seruare mundiciam corporalem. Oportet enim ꝓmo

Expiare quod solet inficere
Frequentare qđ solet ꝓficere
Declinare qđ solet officere

Primū erit culparū macula. Immaculat⁹. Secōm sctoꝝ copula iō dr. Cū eo. Sz terciū peccati crapula cū dr. Obseruabo me ꝛc Igit abstergam⁹ culpaꝝ feditatē. Quia sicut dr Col. j. Exhibete vos sanctos ꝛ immaculatos ꝛ irrepbensibiles cora deo. Immaculatus inq̄t. Igitur habeam⁹ bonam societatem. Cū eo inquit. i. cū deo vel cū viro sancto ꝛ honesto. qr sicut dr in p̄s. Cum sancto sanctus eris ꝛ cum viro innocēte innocens eris. Et in canonica Jude. Potens est ēm deus vos obseruare sine peccato: etiam constituere immaculatos ꝛc. Igit caueam⁹ culpe malignitatem. Obseruabo me inquit ab iniquitate. Ām Deu. viij. Obserua ꝛ caue ne qñ obliuiscaris dn̄i dei tui ꝛc. Quia sicut dicit Jacobi. j. Religio munda ꝛ immaculata hec est. immaculatuꝫ se custodire ab hoc seculo. Obseruabo igitur me ab iniquitate mea. q. d. Alias immaculatus non ero. Bene igitur dicit ij. Pet. iij. Satagite immaculati ꝛ inuiolati ei inueniri in pace. Et merito. qr ꝓ certo viri sancti mundi ꝛ immaculati

Famulant imperio legis.
Dedicant seruitio regis
Receptant ꝓuuio gregis

Tales enim diuine legi imperio solent obedire. Constat enim q⁹ viri

mundi ⁊ innocentes magis sunt obedientes ⁊ pessimi vl' puerui. ptz in pueris ⁊ i pullis equoꝝ. q̄ facile vocē amb bulare ⁊c. Sic ista ps̄. Beati immaculati in via q̄ ambulāt in lege dñi. Et bene dicit: in lege dñi. Quia ꝓcerto sicut in ps̄. dicit. Lex dñi immaculata conuertēs animas: testimoniū dñi fidele sapientiā prestans paruulis Et nota q̄ ista est q̄ viros immaculatos exigit ⁊ requirit. Itez tales summi regis seruitio solent conuenire. Constat enī q̄ mundi viri volunt habere viros immaculatos ⁊ mundos in seruitio suo. Et inde est q̄ in lege vbicūq; p̄cipit aliquid offerri. sp̄ p̄cipit q̄ sit immaculatum ⁊ mundū. Et hoc siue sit bos siue aries. siue ouis siue agnus: vitulus vel hircus ⁊c. Quia reuera quicunq; seipsum offert seruitio diuino: nō sit bos siue rudis ⁊ laborioſus aries dux gregis. i. prelatus ⁊ glorioſus. Siue ouis. i. simplex laicus diues ⁊ lanoſus. Siue agnus. i. iuuenis ⁊ ignarus ⁊ obliuioſus. Siue vitul⁹. i. lasciuus insolens ⁊ solatioſus. Siue hircus. i. paup byspid⁹ ⁊ penurioſus. Sed ꝓcerto exquo ad dei seruitiū aduenerit: immaculat⁹ ⁊ mund⁹ esse debebit. s. exemplo ipsi⁹ q̄ se metipm obtulit immaculatū deo. Sicut dr̄ Heb. ix. Mam q; immaculat⁹ est: immaculatos vult habere seruos. Ān Leuit. xxij. dicit sic. Hō q̄ obtulerit victimā dño ⁊c. immaculatū offeret vt acceptabile sit. Isti igit̄ summi regis seruitio solent conuenire. Item isti celsi regis cōuiuio solent lasciuire. s. in conuiuio eterno ⁊ gloria paradisi ps̄. Mouit dñs dies immaculatoꝝ: ⁊ hereditas eoꝝ ineternū erit ⁊c. Plura p̄nt dici de immaculatiōe. ℔ vide de macula. de munditia. de innocētia. Pauca enī inuenirent̄ hic themata. Et ideo pretermitto diffusius dilatare.

Imber. Nota q̄ imber dicit̄ ab imbuendo ⁊ inebriando eo. s. q̄ habeat humectare imbuere ⁊ madefacere. Ān Esa. lv. c. Descendit imber ⁊ nix ď celo: ⁊ illic vltra nō reuertit̄. sed inebriat terrā ⁊ infundit eā. ⁊ germinare eam facit. Et nota q̄ imber potest significare gratiā: sciam: ꝓsperitatē: carnalitatē ⁊ aduersitatē. Ista ei habent animā imbuere siue in bono siue in malo. ⁊ ipsam bona vel mala opa faciunt germinare. De imbre igit̄ diuine gratie ⁊ clementie dicit̄ Prouer. xvj. Clementia ei⁹ q̄si imber serotin⁹. De imbre scientie ⁊ doctrine dicit̄ Esa. v. Nubib⁹ mandabo desup ne pluant sup eam imbrem. Et Eccl̄i. xxix. dr̄. Et ipse quasi imber emittet eloquia sapientie sue. De imbre prosperitatis potest dici illud Joelis. ij. Descendere faciet dñs ad vos imbrem matutinū. De imbre carnalitatis dr̄ Ezec. xxxviij. Judicabo eū peste ⁊ sanguine ⁊ imbre vehementi. De imbre ꝺo aduersitatis potest dici illud Ezech. xiij. Erit enī imber inundans in furore meo ⁊ dabo lapides pergrandes ⁊c. Omitto gratia brevitatis. Vide infra de pluuia. Et vide si vis in distinctionibus.

Imitari. imitatio. Nota: q̄ Imitatio nihil aliud est q̄ alteri in moribus conformatio seu assimilatio Cum igitur mores aliquorum sint boni ⁊ aliquorum mali. necesse est supponere q̄ est dare imitationem bonam ⁊ malam. Bonaꝝ dico quā habent boni qui imitant̄ boies virtuoſos. Malam ꝺo quam habent mali qui imitantur homines vicioſos. De bona igitur imitatione. Notandum q̄ sicut null⁹ est ita sapiens siue doctus quin bene debeat alīs credere ⁊ adherendo melioribus intellectum ꝓprium aliquotiēs captiuare: ⁊ nō in sensu ꝓprio vltra debitum abūdare. Juxta illud. Noli esse sapiens apud temetipsū. Sic vere nullus est ita sanctus seu p̄fect⁹ q̄ de sanctitate sua debeat taliter p̄sumere. quin bene velit melioribus se conformare: ⁊ se p virtuosam imitationē bonis aliorum mor̄ib⁹ coaptare. Sicut apl̄us pbilippensib⁹ scribebat dicens. Phili. iij. Imitatores mei estote fratres. In q̄b⁹ verbis aduerte q̄ imitatio debet esse Sagax vt eligat cōgruū obiectum. Tenax ne negligat assumptum subiectum. Verax vt diligat cōmunem profectum. Debet enī esse Prudens in eligēdo. Manens non desistendo. Feruens in diligēdo. Primū probat regula sanctitatis nobis obiecta. Mei inquit. Secundū ꝓbat verbula firmitatis nunc̄ dicta. Estote inquit. Tertiū ꝓbat facula charitalis nobis iniecta. Fratres inquit. Probat sanctitatē signū exēplatiuū. Mei inquit. Probat firmitatem v̄bum substantiuū. Estote. Probat cōtantem nomen cōpositiuū seu aggregatiuū. Fratres inquit. Igit̄ dico primo q̄ imitatio debz esse sagax ⁊ discreta. q. s. homo dz discrete ⁊ sagaciter eligere que debeat imitari: ⁊ q̄ virtutibus taliter polleat q̄ imitari sit dignius. Et hoc ostendit cum apl̄s dicit Mei. Ille ei q̄ erat sanctissima regula ⁊ exemplar virtutum. semetipm imitādum ꝓponit. Mei inquit. j. Cor. iij. Imitatores mei estote sicut ego xp̄i. Sen. enī dicit. Dr̄ maximū in eo vicii ē q̄ non tam melioribus placere studet q̄ plurib⁹. q. d. semp melioribus est placendum ⁊ eoꝝ moribus p imitationis formulam insistendū. Utile est enī speculo q̄ recipiat imaginem rei munde. Quia si res immunda fuerit: sepe fit q̄ maculam ꝓpetuā in se cōtrahit. sicut apparet q̄n in speculo nouo speculat̄ mulier menstruoſa. Sz reuera si res visa pulcra fuerit atq; munda: tunc eius imago sine lesione speculi apparet in eo gratioſa. Sic vere dico q̄ vtile est homini mundarū ⁊ sanctaꝝ psonaꝝ formam ⁊ similitudinem in se p imitationē recipere: ⁊ se melioribus non deterioribus conformare. Quia. s. a bono exemplari bonum effigiat̄ transsumptum. Et a bona ⁊ recta regula rectū efficit̄ regulatū. Econtra ꝺo p receptionē male ⁊ immunde imaginis ⁊ p imitationem male psone. macula vicioꝝ cōtrahit̄. ⁊ ipsius speculi. i. ipsius q̄ specularis esse debuerat cōuersatio ⁊ superficies deturpat̄. Imitatores igit̄ mei estote inq̄t apl̄s. Ubi ipse est q̄ dixit. ij. Thes. iij. Subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate. ipsi enī scitis quēadmodū oportet vos imitari nos. q̄m non inquieti fuimus apud vos: vt nosmetipsos formā darem⁹ ad imitandū vos. Dō tamen est contra multos. Quia. s. multi sunt inter maiores: q̄ nō se exhibent tales formulas aut exempla q̄ ab alīs debeant imitari: ℔ potius refugi sicut abominabiles ⁊ horreri. Juxta illud Prouer. iij. Ne emulet̄ hominem iniustum: nec imiteris vias eius. q⁹ abominatio dñi est omis illusor. Multi etiā sunt q̄ bona exempla bonorum nolunt p imitatiōez recipe. ℔ malis ⁊ non bonis se tonant̄ in moribus cōformare. Contra illud qđ dicit̄ in. iij. Canonica Johannis. Noli imitari malū. Multi etiā sunt qui nunc̄ possunt imitari vel in seipsis repr̄sentari imaginem q̄uis eis pulcerrima p̄sentet̄. Sicut patet in aqua mota ⁊ turbata in q̄ nun q̄ imago potest formari debita nec decora. Sicut etiaz pz in speculo rubiginoso vel immundo vel etiā concauo vbi nunq̄ apparent tales imagines vt deberent. Sic reuera q̄dam sunt sicut aqua moti p inuidiā: tristiciā vl' inconstantiam. q̄dam rubiginoſi p auariciā. q̄dam ꝺo immundi p luxuriā. q̄dam insup cōcaui ⁊ inanes p superbiā. ⁊ isti ꝓcto nunq̄ bona exempla vel imagines. i. bonos mores bonorum solent in seipsis p imitatoꝝ oñdere: ℔ aliud ⁊ aliter q̄ receperūt solent in suis moribus p̄tare. ⁊ se nō melioribus sed peioribus cōformare Deut. xviij. Caue ne imitari velis abominationes gentiū. Mei inq̄t igit̄ apl̄s. Et merito. q⁹ si cut dicit Aug. in sermone. Nō solū apl̄m: immo xp̄m sivolum⁹ possum⁹ imitari ⁊c. Imitari dico nō q̄tum ad opa potentie: ℔ q̄tum ad opa iusticie. Ān. j. Thes. j. Imitatores nri facti estis ⁊ dni. Igit̄ imitatio dz esse prudēs ⁊ discreta. Mei inquit. Scdo dico q̄ dz esse manens ⁊ certa. i. solida ⁊ completa. Et hoc oñdit in v̄bo substantiuo durabili ⁊ pmansiuo cuz dicit̄. Estote. Eph. v. Estote imitatores dei sicut filij charissimi. Et bn̄ dixit filij. q⁹ fili⁹ magis realiter q̄ quicq̄d aliud imitat̄ patrem. Cui⁹ tn̄ ꝺn̄ aliquotiens inuenit in filijs monstruosis. q̄. s. pulcros ⁊ bene formatos nullaten⁹ imitant̄ pentes. sicut de muliere q̄ peperit serpētē ⁊ alia elephantē. sicut dicit Pli. Etiā sicut ps̄ in fabulis poetarū vbi dr̄. Dr̄ ocyroe. Chironis ⁊ charicle filia q̄uis a principio fuerit in humanā effigiē o pentes figurata. Finaliter tn̄ fuit in equam conuersa. Item fingit̄ de Erychtonio vulcani ⁊ minerue filio q̄ supior pars corporis humanā speciē ꝓtendebat. sed reliquam instar draconcopedis. i. serpentis habebat. Item de socijs vlixis est fabula qđ per circe fuerunt in varias bestias. puta leones sues: vrsos: lupos ⁊c. mutati. sicut ponunt Virgil⁹. ⁊ Ouidius. Sic vere dico q̄ multe sunt filiē filij seu subditi qui dici possunt merito mōstruoſi. q⁹. s. q̄uis ipsi habeant pfectissimos pentes. videlicet deū: sanctos: bonos doctores ⁊

prelatos.q̄ ipos habeant in moꝛbus pulcros ⁊ bñ foꝛmatos ꝓducere.⁊ bona exempla dando scipis imitabiles pñtari.ipi tñ ipos in nullo volunt imitari: sed ꝑ diuersa vicia in pctoꝛes ⁊ serpentinos boies trāsfoꝛmari qꝛ q̄uis i pte.i.pncipio ⁊ iuuentute sint boies. ipi tñ mutanť finaliť in eqs.i.in luxuꝛiosos.in serpentes.i.in malicioſos. in elpbātes.i.in supbos ⁊ alios pctoꝛes. Uñ isti nō sunt imitatoꝛes dei sicut filij charissimi:immo certe sunt filij diaboli. sicut filij pessimi Sap̄.ij. Imitanť aūt illū.s. diabolū q̄ sūt ex parte ipsius.Et.ij. Paral'.xxj.dr de illo malo rege Joꝛā q̄ ipe fuit imitatus fornicationē domus achab. Mō sic imitatio manens ⁊ cōcreta.Estote inquit. Dic de isto. Estote ⁊ de pseuerātia.sicut.F.in lra.E.in es ⁊c.sicut volueris.

Tercio dico.q̄ ista imitatio dꝛ eē feruēs ⁊ secreta.Frēs Fraternitas em̄ signat charitatē feruentē ⁊ secretā.⁊ amicitiā cōpetentē.qꝛ scꝛ ille q̄ bonos imitanť dꝛ boc facere feruenter ⁊ amoꝛose.sine fictione.secrete vo ⁊ occulte sine ꝓ palatione.j.Thes.ij.Vos em̄ imitatoꝛes facti estis frēs ecclesiarū dei qui sunt in iudea. Dic si vis ꝓtra illos q̄ nō ex fraternitate vel amoꝛe imitanť bonos:sed potius de timoꝛe ⁊ necessitate. Dic etiā quomō nomē fraternitatis importat ⁊ signat charitatem sicut supꝛa de fratre in lra.F. Sic igit̄ patz quō boni imitanť bonos feruēter manēter ⁊ pꝛudenter. Et sic satis visum est de imitatione bona et mala. Vide vbi Exemplum. Imago. Similitudo. Sicut. Tanq̄. Velut.Et in alijs titulis similibus ⁊c.

Imminere. Nota q̄ imminere idez est quod ꝓpinquo manere. Et sic imminere idem qd̄ aliq̄d de ꝓpinquo emergere.insistere vel instare. Vide igitur in alijs titulis synonimis.

Immittere. Nota q̄ immittere idem est qd̄ aliq̄d in alium mittere.Et si de deo agitur.dic ⁊ nota q̄ ipse immittit seu immitti pmittit.

In iustos gratie dulcoꝛem. Dico igitur.q̄ deus in iustos imittit gr̄am Sen̄.ij.
In beatos glie decoꝛem.
In iniustos culpaꝝ boꝛoꝛē. Immisit dñs sopoꝛem in
In damnatos penaꝝ teꝛꝛoꝛē. adā. Et in ps̄. Immittet angelus domini in circuitu timentium eum ⁊ eripiet eos.

Itē dico.q̄ deus in beatos immittit gl̄iam: vt q̄libet beatus dicat illud ps̄. Immisit in os meū canticū nouū: carmē deo nr̄o. Itē dico.q̄ deus in iniustos immittit.i.immittit pmittit culpā Exo.viij. Immittā in te oīme genꝰ muscarū.i.oīne genus viciꝝ.Musce em̄ q̄ inquietāt carnem significāt vicia ⁊ temptationes.malos motus ⁊ cogitationes q̄ inquietāt mentē. Uñ de tali imissione culpe pōt dici illud.ij.Reg.xxiij. Immisit dñs pestilentiā in isr̄l. Pestilētia em̄ q̄ est coꝛruptio aeris moꝛtē introducēs signat coꝛruptionē culpe q̄ introducit finaliter moꝛtē pene. Quarto vo dico.q̄ dr̄ in dānatos immittit penā.Et certe penā.

Timoꝛis. In dānatos em̄ ⁊ pctoꝛes immittit: a dño timoꝛe pcutiens Eccl'.xxxvj. Immitte timoꝛez tuum dñe sup gētes que nō exquisierunt te.
Stridoꝛis.
Languoꝛis.
Ardoꝛis.

Itē terꝛoꝛ ⁊ crudelitas hostium malignorum recutiēs.iij. Reg.xvij. Immisit dñs in eos leones q̄ interficiebāt eos. In eos dico q̄ scꝛ nō timebant dñm vt dr̄ ibidē. Itē stridoꝛ discutiēs Deut'.xxxij. Dentes bestiarū immittā in eos cū furoꝛe trabentiuꝝ sup terrā atq̄ serpentiū. Item languoꝛ incutiens.s.languoꝛ infirmitatis ⁊ famis Eze.xiiij. Conterā virgā panis eius ⁊ immittā in eum famē ⁊ interficiā. Item ardoꝛ excutiēs scꝛ oēm foꝛtitudinē et virtutē Ezech̄.xxxix. Immitte ignē in magog ⁊ i bis q̄ bitāt in insulis ⁊c. Vide.j.de Mittere.

Immolare. Nota q̄ immolare idem est qd̄ aliquid ꝑ sacrificiꝫ deo offerre: Et signat pāpue oblationem ⁊ sacrificiū bonoꝝ operū. Quia sicut dicit in ps̄. Sacrificiū deo spūs cōtribulatus: coꝛ contritū ⁊ humiliatū ⁊c. Et possemus notare q̄ sicut antiquitus deo immolabantur Carnes. Panes. Boues. Oues. Hedi.⁊ Uituli. Hirci. Sic moraliť accipiēdo nos debemus deo offerre carnes nostras ipsas per pniam affligēdo. Panes nostre tpalis facultatis ipāz pro deo pauperibus erogando. Boues.i.foꝛtitudines nostroꝝ laboꝝ ipsos in eius seruitio impendendo. Oues.i. mansuetudinem nostre simplicitatis ipām ad eum referendo. Hedos ⁊ vitulos.i.leticiā nr̄am ad laudem ipius ordinando. Hircos etiam.i.fetoꝛem peccatoꝝ nostroꝝ ipa ne coꝛam ipso foꝛeant cum igne penitentie cōburendo. Iste em̄ sunt que dam spirituales victime que in altari coꝛdis nostri debent deo specialiter immolari. Immolꝫtur igit̄ ⁊ offeranť deo.

Carnes nostre coꝛporalitatis. De immolatione em̄ carnis dicitur Ozee. viij. Immolabūt carnes ⁊ comedēt. De pānibus fit mentio Mu
Hedi ⁊ vituli nr̄e iocūditatis.
Hirci nostre iniquitatis. meri.vj. De bobus vo ⁊ ouibus dicitur.iij. Reg.viij. Immolabāt oues ⁊ boues ⁊c. De hedo dr̄ Exo.xij. Immolabit eū.s.bedū vnt̄ uersa multitudo filioꝝ israel. De vitulo vbi dicit̄ Leui. j. Immolabit vitulum coram domino. De hirco autem emissario fit menito Leuiti.xvj. Et breuiter de qualibz immolatione spirituali potest dici illud Psal. Immola deo sacrificium laudis.⁊ redde altissimo vota tua. Sed ꝓcerto charissimi peccatoꝛes non sic. Quia sicut dicit̄ Deutr. xxxij. Ipsi immolauerunt demonijs ⁊ non deo.dijs quos ignoꝛabant. Peccatoꝛes em̄ immolant diabolo videlicet. Carnes sue carnalitatis per castrimargiaz. Panes sue facultatis ꝑ auariciam. Boues sue foꝛtitudinis ꝑ superbiā. Oues sue simplicitatꝭ ꝑ hypocriticā maliciā. Uitulos sue iocūditatis ꝑ inanē gloꝛiā. Hircos sue iniquitatis per luxurie feꝛoꝛem ⁊ infamiā. Unde dicit̄ Ozee.xj. Baalim immolabāt.⁊ demonijs sacrificabāt. Et aduerte q̄ sicut antiquitus gētiles imolabāt diuersis demonijs. Sic bodie mlti sunt q̄ seipos imolāt ⁊ dedicāt diuerꝭ vicijs. Quidaz em̄ immolāt seuentri ꝑ gulam ⁊ castrimargiā.non cessant em̄ imolare noua fercula sicut noua sacrificia. Iste est em̄ dr̄ baal q̄ interꝑtať deuoratoꝛ. Quia.s.vētres taliū satiari seu ꝓtentari nō pñt. Dan̄.xiij. Nūquid tibi videť bel deus viuens:an vo nō vides quantū bibat comedat quotidie? Itez quidā se immolant mūdo ꝑ auariciā. Sicut sunt illi q̄ ex toto se dāt negocijs ⁊ lucris ⁊ ambitiōibꝰ ⁊c. Isti em̄ sunt de quibus dicit Sen̄.q̄ vbiq̄ sunt p̄terq̄ secum. Quia cū de alioꝝ negocijs sepissime tractant .de suo nūq̄. Et tñ alibi dicit. Oꝛ nusq̄ est qui vbiq̄ est. Isti sunt illi de quibus dr̄ in psal. Oꝛ imolauerūt filios suos ⁊ filias suas demonijs Quia reuera filios suos ⁊ filias recogitatꝰ affectus ⁊ actus isti solent in seruitio demonū occupare ⁊ de dei seruitio non curare.⁊ sic eos demonijs spūaliter immolare. Quod etiam ad litteram verificatur sepissime de filijs ⁊ filiabus naturalibus.quia scꝛ mūdani ipsos mūdi lucris ⁊ negocijs dedicant ⁊ sic occasionaliter ipos demonijs immolant. Ezech̄.xvj. Tulisti filios tuos ⁊ filias tuas quos genuisti. ⁊ immolasti eos ad deuorandum. Itez quidam immolant se diabolo per superbiā. ⁊ isti sunt illi qui pompis ludibrijs ⁊ vanitatibus sunt dediti ⁊ in altum ꝑ alijs eleuati. De quibus dicitur.iij. Reg.xj. Adhuc populus immolabat ⁊ adolebat in excelsis. Item sunt alii qui qui immolant se diabolo ꝑ simulationem deceptoriā. Et isti sunt ypocrite q̄ sub ouina specie ⁊ simplicitate offerūt dño in populi conspectu non verā firmā ⁊ exñtem sed falsam debilem ⁊ apparentē oꝛonem.deuotōnem ⁊ sanctitatem. de quibus dicit̄ Malach̄.j. Maledictus qui immolat debile dño. Quid vo potest dño debilius immolari q̄z sacrificiū apparens ⁊ non exñs? ⁊ illud ē vt dixi hypocritarū simulatio. Alij immolant se diabolo ꝑ inanem gloriā. Isti sunt qui omnia opa sua cū insigni magnificētia et apparatu faciūt vt populi laudibus extollanť.qui dāt elemosinas magis ad sui rumoꝛē q̄z paupeꝝ fauoꝛem.q̄ edificant aras ⁊ oꝛatoꝛia magis ad ꝓpriam q̄z ad dei gloriam qui offerūt munera magis vt a videntibus laudenť q̄z vt deo recōalienť. De quibus dr̄ Mee .xj. Immolauerūt in die illa victimas magnas ⁊ letati sunt ⁊c. Alij imolant se veneri ꝑ luxurie feꝛoꝛē ⁊ infamiā. Isti sunt qui totū animū suū ⁊ coꝛpus impudicarū mulierū imperio mancipārūt. de quibus dr̄ Abacuc.j. Immolauit sagene sue ⁊ sacrificauit rheti suo. Sagene.i. mulieri impudice. Ecclīastes vij Mulier laqueus venatoꝛum.⁊ sagena coꝛ eius. Venatoꝛ dico.id est amatoꝛum ⁊c. Non sic charissimi.sed immolemus deo victimas spūales.s. turturem ⁊ colūbam q̄ sp

gemūt.id est volorem ꝛ planctū contritionis.immolemus passerē garrulū.sicut.s.fiebat in curatione leprosi.i. sonitū laudis ꝛ cōfessionis. Immolemus pbase.i.transitū dñi.i. imitationē vtuose puersationis. Et immolemus sibi sanguinē.i.dulcorem deuotionis ꝛ compassionis:vt sic q̄libet dicat illud Psal. Immolaui in tabernaculo eius hostiam vocationis:cātabo ꝛ psalmū dicam dño ꝛc. Vide vbi Hostia. Victima. Sacrificiū ꝛc.

Impedire. Nota q̄ cū impedimētū possit accipi in bono ꝛ in malo significato. vtpote quia homo potest impediri facere bonum ꝛ facere malum.et sic primum impedimentum est malū. scīm vo bonum.dicere possum q̄ triplex est malum impedimētū. vicz Culpe. Fortune ꝛ miserie eterne. Impedit ēm quis Peccatoꝝ vinculis ligatus. Terrenoꝝ poculis lactatus. Tormētoꝝ iaculis ꝓstratus. Ista ēm sunt tria impedimenta q̄ in p̄nti impediūt gr̄am et vtutē. In futuro gl̄iam ꝛ salutē. Et primo dicamus aliq̄d de impedimento peccatoꝝ seu viciorū. Sicut ēm videmus q̄ infirmitates interiores impediūt actus ꝛ opera membroꝝ naturalium et virtutum. Sicut patet de corde.cerebro pulmone ꝛ similibus.que sepissime per malos humores ꝛ infirmitates intrinsecas taliter suis operationib⁹ impediunt. q̄ cessante motu vitali naturali ꝛ animali anima suffocat. Sic vere dico.q̄ membra ꝓncipalia anime:que sunt cor. id est fons caloris.hec est charitas.cerebrum sensuum. hec est fides.pulmo.i.fons spūalium hec est spes.aliq̄n impediuntur ꝛ a suis bonis actibus retardant. Infirmitates ēm vicioꝝ quādo in interioribus anime abundant. talia solent impedire.ꝛ mortem spūalem ꝛ eternam in hoīe generare. ꝛ spūaliter animā suffocare.Fides ēm impedit per errorem.Spes per timorem.Charitas per inuidiam et liuorē. De impedimēto fidei quod fit per errorē dī Gal.v. Quis vos impediuit veritati non obedire ex eo qui vocat vos. De impedimento spei q̄ fit per timorē seu terrorem possunt dicere sic impediti illud prima Thessal.ij. impediuit nos satbanas:q̄ est ēm nostra spes.aut gaudiū aut corona glorie. De impedimento vo charitatis q̄ fit per liuorē id est per iram inuidiā ꝛ stridorē potest dici illud Ecclesiastici.xlvj. Impeditus est sol:ꝛ vna dies facta est quasi duorum.Quia ꝓcerto q̄n sol fons caloris per inuidiā in animo perpendit.tunc vna dies aliene ꝓsperitatis ꝛ daritatis in duos convertit.in q̄ntum per displicentiā vnum alienum bonum duo esse vident. Sic igit patet q̄ sunt impedimenta culpe seu viciorum.ij. Esdre.v. Gentes aūt impediuerūt me ne ꝑsummarem edificiū. Gentes ēm.id est sine lege viuentes sunt vicia que sine freno legis habitant in peccatore ꝛ in ipso impediūt omne bonū. Secō dico.q̄ sunt impedimēta fortune seu terrenoꝝ. Bona ēm fortune: siue sint diuitie.siue delicie.siue sciētie.siue pulcritudo. siue fortitudo.siue fauores.siue honores.nihil aliud sunt q̄ q̄daz impedimenta ne homo perueniat ad salutem. Naute ēm impediunt in mari ne scz applicent ad portum optatum. quandoq̄ flatibus aurarum q̄nq̄ fluctibus vndarū.q̄nq̄ rupibus petrarū.q̄nq̄ viribus stellarū. q̄nq̄ motibus arenarum.q̄nq̄ vocibus sirenaruz q̄nq̄ voraginibus cauernarū.Explica de singulis ꝛ potissime de stella belena. que ꝑm Plinium et Solī. sydus est terrificū ꝛ nauigantibus ꝓtrariū.Eius enim fulgur et apparētia naufragia submergit. In bystoria ēm Romana quā scripsit paulus dyaconus cassinen. legit de quodam rege vandalorum qui cum maximo exercitu nauigabat de affrica ꝑ romā.q̄ obuiā habuit vitulū marimū:q̄ territ⁹ retrocessit. Sz aliq̄ posset ad patriā reuenire. periit cū exercitu vniuerso. Sic vere dico q̄ hō q̄ nauigat ad eterna. ꝛ p mare huius vite fluctuat ꝛ transfretat:bonis fortune diuersimode impedit Gal.v.Currebatis bñ. q̄s vos impediuit? Et certe responderi pōt q̄ spūales cursores impediuntur.

Auris ꝛ flatib⁹ mūdani fauoris
Undis ꝛ fluctib⁹ carnal' dulcor.
Petris ꝛ rupibus inanis honoris
Stellis ꝛ sensibus terreni splēdo,
nici fluctus arene vel loca temporalis fructus.id est diuiti arūz voces supflue mulieb̄ris ductus seu cantus. voragines assidue meroris ꝛ luctus.i.tristicia seu timor. Ista ēm oia impediunt hominē ne ꝙueniat ad portū salutis.ij. Regū.xvij. Quid impedit si ego currā? Et allega si vis quō cursor impedit ꝓpter pondus.Exemplo dauid qui armatus armis saulis impediebat magis q̄ iuuabat.j. Reguꝝ xvij. Tortuca etiā maris impedit se ꝓfundare in aq̄ maris ꝓpter leuitatē corticis vel cutis que scz semp cogit eam supnatare.Aut forte supnatat ꝓpter amplitudinem dipel quē habet in dorso ad latitudinē quinq̄ cubitoꝝ. Et sic videns eā aquila ipsam solet rapere ꝛ vorare sicut dicit liber rerum.Et sic igitur aliqua sunt q̄ impediunt a ponderositate:aliqua a leuitate. Sic vere quosdam ne saluent impedit ponderositas terrenoꝝ.quosdā vero superba leuitas animoruz.que scz ipsos facit superficiem.i. altos honores appetere.nec eos patitur se in aq̄s lachrymose amaritudinis ꝓfundare.quapropter necesse est eos aquilarum infernalium cibos esse.j. Macha.ix. Impedita sunt opera alchimi. Patet igitur q̄ sunt impedimēta fortune seu terrenorum. Tercio dico.q̄ sunt impedimēta miserie seu tormentoꝝ.i.pene ꝛ damnationis eterne. Mā sicut in matrimonio vel cōtractu vel cōtrahendo sunt quedam impedimenta talia.quedā ꝑpetua:sed talia nō dirimūt matrimonium:qz possunt cessare. Perpetua vo que nunq̄ sunt cessatura ip̄m dirimūt ꝛ dissoluūt. Sic vere dico.q̄ matrimoniū dei ꝛ aie quod fit per gr̄am in p̄nti ꝛ per gl̄iaz in futuro.q̄nq̄ impedit talit̄er: vtpote qñ hō mortaliter peccat in hac vita: sed certe istud impedimenttū non dirimit ex toto matrimonium.qz.s.adhuc remanet spes ꝛ fides.ꝛ adhuc pōt hmōi impedimētum ꝙ pniam amoueri. Q̄nq̄ vo impeditur eternaliter.hoc est qñ hō moꝛit in peto mortali:ꝛ qñ ad penā perpetuā condemnat. Quia extūc nulla est spes q̄ hoc matrimoniū repareť:immo necesse est q̄ deus ꝛ aia perpetuo separant:ꝛ q̄ aia impedimento mortis eterne ꝑpetuo submergeť. Ūñ de diuitibus ad infernū descēdentibus dicit dñs in ps. Oꝛ ira dei ascendit sup eos ꝛ occidit pingues eoꝝ:ꝛ electos israel impediuit. Sed de beatis ꝛ sanctis qui.s.nullo impedimēto culpe fortune vel miserie detinent pōt dici illud Bap.xix. Terra arida apparuit ꝛ in mari rubro via sine impedimento. Sic igit patet quō impedimentū pōt sumi in malo. Sed adhuc dico.q̄ sumi pōt in bono.hoc est qñ hō impedit facere malū Mulus ēm impedit omni anno fluere ꝛ intrare mare ꝑ tres menses ꝛ sic redundās totā terram egypti irrigāt ꝛ fecundat.qui si nō impediret sed semp fluere libere ꝑmitteretur tota terra egypti (cū de celo nō habeat pluuiā) in arenam ꝛ puluerē verteret. Et ponūt pbi tres causas huius refluxus ꝛ impedimēti istius cursus in mari. Dicūt ēm q̄ istud est aut ꝓpter arenarū cumulos q̄ in ostijs nili ꝙgregate impediunt ingressum. Aut ꝓpter ventos cōtrarios aquas retroducere:ꝛ vlterius nō fluere cōpellentes. Aut ꝓpter fortissimos solis et stellarū radios sup fontē nili in ethyopia descēdentes:ꝛ aquas fortiter attrahentes ꝛ eas sursum ligantes:ꝛ ne fluant retinentes:sicut ponunt Piero. Sene. Pli.ꝛ Soli. Sic vere dico.q̄ hō q̄nq̄ impedit ꝛ retardatur ne defluat in mare.i.in amaritudinē vicioꝝ triplici impedimento. Quia certe q̄nq̄ impedit ꝑ arenam q̄ est puluerea ꝛ ponderosa.i.per pondus diuini timoris.ꝛ per puluerem ꝙsiderate mortis.ꝛ future asperitatis infernalis voluis. Q̄nq̄ impedit per flatus exteriox tribulationū ꝛ tē poralīū vexationum. Q̄nq̄ vo impedit per radios solis ꝛ stellarum.i.ꝑ gr̄am xp̄i ꝛ sanctoꝝ. Arena ēm.i.mortis ꝛ infernī consideratio istos ne defluant ꝑ vana desideria solet infra ꝓrias ripas.boc est infra dei mandatoꝝ limites cōtinere. Flatus oppositarū tribulationū solet eos discutere ꝛ a suis malis volūtatib⁹ repellere.ꝛ ad redeundū ad cor suū cū quadā violentia cōpellere vel artare. Radij vo diuine gr̄e solēt tales sursum attrahere:ꝛ in amore dei ꝛ terrenoꝝ calefacere.ꝛ sic ne in petā defluāt retinere. Quo fluxu taliter impedito:sepe fit q̄ talis fluuius.i.talis hō i gratijs sciētijs ꝛ virtutibus eleuat ꝛ crescit:ita q̄ ꝑ ip̄m tota patria irrigat ꝛ virescit.vegetat ꝛ fecundatur ꝛ pficit psal. Torrētes inundauerūt. Et alibi. Statuit aquas quasi in vtre:ꝛ eduxit eos in nube diei et tota nocte in illuminatione ignis.q.d. Q̄n aque gr̄e ꝛ sciētie i talis fluuijs statuunt

ꝛ ex causis ꝓdictis ꝓgregant ꝛ cumulant ibidē. tūc alij ꝓ ipos ad modū nubis irrigant: ꝛ ad modum luminis illustrātur. ꝛ ad modū ignis etiā inflamant. Un̄ pōt dici illud ꝓdictus Eccl'.xlvj. Impeditus est sol: ꝛ facta est vna dies q̄si duo. Jsta igit sunt vtilia impedimēta. q̄ scz redūdāt inutilia munimēta. ꝛ in alios ꝓficua documēta. Ad quod facit illud qđ scribit.ij.Macha.vj. Etsi multo tpe nō sinere peccatoribus ex sūia agere: sed statim vltiones adhibere magni bñficij est indiciū. q.d. Impedire malos in malis ꝓpositis ꝛ desideriis suis magnū est beneficiū suū: cum inde fiant vt plurimū meliores. Pſ. Imple facies eorum ignominia: ꝛ quer̄t nomen tuū dñe ꝛc.

Impensa. Impendere. Expēdere. Nota q̄ impēdere idē est qđ in aliū aliquid pēdere. Et expēdere idē est q̄ aliquid extra dare seu pēdere. Nam pendo pendis idem est quod Do das. De expensis igitur nota. ſm q̄ sunt bona tpalia ꝛ spūalia. Distinguendum est de expensis tpalibus ꝛ spūalibus. Et ꝓmo quidē aliq̄d dicat de expēsis tpalibus: ꝛ sic notabo q̄ inueniunt. vicz Expense

Diminute que sunt auarorum.
Institute que sunt discretorum.
Prostitute que sunt fatuorum.

Mā charissimi sicut ad sensuz ptz. Auarus expēdit minus q̄ debeat. Sapiens expendit sicuti decet. Fatuus expendit vltra q̄ liceat.

Opera meditationis. bi portas iusticie: z ingressus in eas cōfitebor dño. hec porta domini z iusti intrabūt in ea. De satisfactione dicit illud Joelis primo. Ingredimini. cubate in sacco ministri dei mei. De meditatōe dicit Ezech. ij. Ingredere z includere in medio domus tue. Et reuera iusti debent q̄nq̄ saccū meditationis includere. ibi solitarie cōuersari. z per meditationē ingredi oīa loca necessaria ad salutē. vt scz meditatio nostra ad modū exploratoris videat in quolibet quid agat. Ergo ingredi debet se ipm mundum. mortē. infernū z paradisum. Seipm dico vt doleat defectum moralē. Mundū vt horreat populū brutalem. Mortē vt videat terminū finalē. Infernū vt timeat gladium letalē. Paradisum vt ferueat ad locū vitalē. De ingressu ad cor ꝓprium z ad considerandū. scz interius semetipm dicit Hieremie. xlvij. Usq̄quo concides o mucro domini. usq̄quo non quiesces? ingredere in vaginā tuam z refrigerare z sile. De ingressu in mundū scz ad considerandū ipsius abhominabilē ritum dicitur Ezech. viij. Fili hominis ingredere parietem z fode. Sequit. Et vide abhominationes pessimas quas isti faciunt. De ingressu ad mortē siue ad sepulcrum. scz ad considerandū mortalē statū. z inde finem z terminū dicit. ij. Regū. xij. Dauid ingressus seorsum iacuit super terrā. scz dum videbat filiū morientē. Esaie. ij. Ingredere in petram. z absconde in fossa humo. De ingressu in infernū. scz ad considerandū eius miseriā atq̄ luctum. z damnatorū suspiriū z tormentū diuersa supplicia

dicitur Esaie.ij. Ingredietur scissuras petrarū ⁊ cauernas saxoꝝ a facie formidinis domini. De ingressu vero ad paradisum ad cōsiderādū eius letitiam atq; cantū. ⁊ ipsius abundantiā atq; fructū dicit Ecc.iij. Festinemus ingredi in illam requiē. Ista sunt ergo opa meditatiōis ⁊ ingressus nostre cōsiderationis. Et sic patet q̄ ingrediendus est pfectionis status vt facilius operemur quod potissime debet dici ingredientibus domū dei que est ecclesia. q̄ scz illi q̄ illuc ingrediunt̄ ⁊ promouent̄ debent ingredi bona intētione vt bonū operent̄ Esaie.xxvj. Aperite portas et ingredietur gens iusta custodiens veritatē. Cauta discretiōe ne mali pcurent̄ Ecc̄s.iij. Custodi pedem tuū ingrediens domum dei. Sine dissensione vt cunctis federent̄.iij. Reg.ij. Pacificus ne est ingressus tuus. Respōdit Pacificus. Ingrediamur ergo locū istuz vt facilius ⁊ virilius operemur. In medio inquit rotaꝝ Ezech.j. Spiritꝰ vite erat in rotis

Item dico q̄ ingrediendus est talis locus vt sagaciꝰ informet̄. quia ibi sunt cherubin. id est viri pleni scientie. Inter cherubin inquit. Sicut em̄ scholaris melius informat̄ per ingressum studij vel schole. ⁊ hoc quia ibi sunt multe p sone replete scientia ⁊ doctrina. sicut etiā homo melius illuminat̄ quādo ingredit̄ domū vbi plura luminaria sunt accensa. Sic vere homo melius informat̄ qñ ingredit̄ ecclesie penitētie seu religionis statū. vbi sunt plures homines fide ⁊ sapientia illustrati. Iste est ingressus vie orientalis de quo dicit̄ Ezech.xliij. q̄ gloria dei israel ingrediebat̄ per viam orientalē. ⁊ terra splendebat a maiestate eiꝰ. Via em̄ orientalis que participat lumen significat statum hominū perfectoꝝ. in quibus lumen scientie plus abundat. Quia reuera status ecclesie vel religionis vbi sunt cherubin scz viri discreti ⁊ iusti. est nobis ingrediēdus ⁊ iuste ⁊ licite appetendus. Archa em̄ testamenti in medio duoꝝ cherubin ponebat̄. quia scz illi qui volunt esse arche custodes debent esse inter cherubin. i. inter viros sciētificos ⁊ discretos. quoꝝ debent cōscientias frequentare. Sicut em̄ dicit̄. iij. Regū.vij. In templo salomonis erant cherubin ⁊ leones ⁊ palme quasi in similitudinē stantis hominis. Ad denotandū q̄ in templo ecclesie. sunt homines luminosi per conscientiam. quia ibi sunt cherubin. Sunt homines vigorosi per cōscientiā. quia ibi sunt leones. Sunt homines victoriosi per pseuerantiā. quia ibi sunt palme. Deus em̄ posuit in isto loco multas lucernas lumiosas ⁊ claras. quas pcerto vult esse nō sub modio sed super candelabrū. quia scz eos nō vult latere sed apparere. ⁊ hoc vt ingrediētes lumen videant. Luce.xj. vt sic de quolibet pabulū scientie requirente dicat̄ illud Job.x. Ingredieꝰ ⁊ pascua inueniet. Et sic ergo patet q̄ iste locus est ingrediēdus triplici rōne scz vt habeamus.

Status securitatem.
Motus sedulitatem.
Sensus subtilitatem.

Sed pchdoloꝝ charissimi multi sunt homines qui nō querūt ingredi statū ecclesie vt habent ista tria. quia scz ambitiosi ⁊ symoniaci libenter ingrediunt̄ statū ecclesie. nō vt habeant spiritalem sanctitatem. sed vt habeant tpalem psperitatem. Nō vt habeāt bona opa. sed vt faciant multa scelera. Non vt acquirent discretionem. sed vt lucrentur possessionem. Unde nota q̄ ecclesiam dei ingrediuntur.

Procatiter et tumultuose.
Carnaliter ⁊ affectuose.
Fallaciter et insidiose.
Venaliter et pecuniose.

Dico ergo q̄ quidā ingrediunt̄ pcaciter ⁊ tumultuose. Et isti sunt illi qui per potētiam armoꝝ ⁊ nobilitatem generis in status ecclesiasticos se ingerūt violenter. et qui ibidem viuentes ritū nobilitatis obseruāt. bona pauperū inanibꝰ. equis ⁊ canibus. pompis. cōuiuijs. vestibus patrimoniū xpi vastant. Contra quos dicit̄ Amos.vj. Ue qui opulenti estis in syon. ⁊ cōfiditis in mōte samarie. optimates capita populoꝝ. ingredientes. pompatice domum israel. Isti sunt similes quibusdam falsis apibus qui vocātur furin. que cū habeant ventrē ceteris maiorē. libenter ingrediunt̄ aluearia bonaꝝ apum. ⁊ hoc nō vt mellificēt cū mellificare nesciant. sed vt mella aliaꝝ deuorēt ⁊ cōsumāt sicut dicit Plinius. Quia pcerto charissimi symoniaci ⁊ ambitiosi quoꝝ venter. i. appetitꝰ est ita insatiabilis ⁊ magnꝰ q̄ nō pōt beneficijs satiari. ⁊ etiā nobiles genere solo noie talium possunt nuncupari q̄ etiā satiari nō possunt. nec alii quo tuo deramine cōtentari. q̄ vt cōmuniter sine moderamine semp viuant. libenter ingrediunt̄ aluearia verarum apum. i. status ⁊ collegia clericoꝝ et religiosoꝝ. ⁊ hoc pcerto nō vt pficiant sed vt mella diuitiaꝝ acquirant. Quia reuera tales cū latissimū ventrē habeant. id est cū maximum statū ⁊ hospitiū volūt tenere. necesse est eos multa cibaria id est multa beneficia ⁊ q̄ multis bonis psonis sufficerēt p curare ⁊ sic multa mella aliis debita māducare. q̄propter certe multomelius esset q̄ tales ecclesiā nō ingredient̄. q̄ q̄ tot bona per eos vastent̄ ⁊ q̄ ipsis abundātibus multi boni mendicare cōpellent̄. De ingressu taliū dicit Tre.j. Uidit gentes ingressas sanctuariū suū. de quibus percepe ras ne intrarēt ecclesiam tuā. Unde ꝓprie tales figurant̄. Dañ.xiij. vbi dicit̄. Qz per occultos meatus ingrediebantur sacerdotes ⁊ vxores et paruuli eoꝝ templū belis ⁊ q̄c. quid de cibis super mensam positū fuerat ꝓsumebant sed istam figuram vide expositam in titulo de ydolo. Isti ergo bene dicūtur furin a furando. quia scz quicquid superfluе expediunt furtū est ⁊ rapina. Et sic dico q̄ isti magis ingrediuntur ad furandum q̄ ad necessitates ecclesie procurādum. De quibꝰ dicit Osee.viij. Fur ingressus est spolians latrunculus foris. Isti sunt ergo qui ingrediuntur procaciter ⁊ impetuose. Item dico q̄ quidam ingrediunt̄ carnaliter ⁊ affectuose sicut scz sunt parentes ⁊ cōsanguinei ꝓlatoꝝ. qui scz affectiōe carnali introducunt̄ ⁊ ingredi permittunt̄. In quodcunq; em̄ foramen caput ingressum fuerit. ingrediunt̄ etiam faciliter cetera membra. Sic moraliter loquendo postq̄ capita. id est capitanei ⁊ principaliores ingressi fuerint i ecclesiam sanctaꝝ dei statim volunt q̄ omnia membra eoꝝ. id est omnes cōsanguinei ⁊ omnes familiares ingrediant̄ ⁊ ad dignitates ⁊ beneficia post eos admittant̄. Daniel.xiij. Sacerdotes aūt ingressi sunt nocte iuxta consuetudinē suam. ⁊ vxores ⁊ filij eoꝝ ⁊ omnia comederunt et biberunt. Isti ergo ingrediunt̄ carnaliter ⁊ affectuose. Item dico q̄ quidam ingrediunt̄ fallaciter ⁊ insidiose. Et isti sūt ypocrite similes auicule que dicitur rex auium. que fm Plinū leuiter ⁊ dulciter ventrē ingreditur crocodilli sed tamen ibidem corrodit ipsius intestina. Idem facit eidem crocodillo quidaz serpēs qui ydros dicit̄. Leuiter em̄ inter dentes crocodilli in ventrē ipsius illabitur. ⁊ cū ibidez fuerit ipm perforat ⁊ occidit sicut dicit Plinius et Isidorus. Sic vere charissimi hypocriti et fallaces suauiter cū magnis dissimulationibus ⁊ fictionibus quandoq; ventrē xpi. i. claustrū vel collegium vel etiam p̄latos ingrediunt̄. Et quia boni credunt̄ ibi ingredi permittunt̄. iij. Regū. xiij. Ingredere vxoꝝ hieroboam. Sed vere cum ibidem fuerint dicetur eis merito quod ibidem vxori hieroboam dictum est. cur alienam te simulas. i. cur te aliā ostēdis q̄ apparuisti. cur introductus niteris nos rodere. ⁊ totum ventrem ecclesie dissipare. Exemplo saul qui quādo nō erat rex erat humillimus factus rex fuit nequissimꝰ Et exemplo Zamri.iij. Regū.xvj. Qui ingressus palaciuz succendit se cū domo regia ⁊ mortuus est rex nequissimus Uñ Prouer.xxiij. Ingredit̄ blande. nouissime vero mordebit vt coluber ⁊ quasi regulus venena diffundet. Isti ergo ingrediunt̄ fallaciter ⁊ insidiose. Item dico q̄ quidā ingrediunt̄ venaliter ⁊ pecuniose. Et isti sunt symoniaci q̄ scz nō habēt ingressum in ecclesiam nisi pecunia mediāte. Sunt em̄ aliqui populi qui hominē alterius secte ad se venirevel igredi nō permittūt nisi sub titulo mercature. mercatores tamē solent recipe. ipsosq; fauore mercū nō ipoꝝ ad se pmittunt ingredi ⁊ intrare. sicut fit apud bastaldos qui i finibus indie habitāt inter mōtes cū duplici facie humana scz ⁊ canina. Sic vere aliqui sunt hodie ecclesiastici prelati qui nullū ingredi ad se pmittūt ad beneficia ecclesiastica obtinēda nisi mediāte symonie mercatura. Dicunt em̄ quid vultis mihi dare et ego euz vobis tradā. scz beneficium. Et illi cōstituerūt ei trigita argēteos ⁊c. Precio em̄ appreciati sicut cōstituit illis diabolus vēdūt ista. Et hoc fit potissime apud eos qui duplicē habēt faciē. id est apud symoniacos q̄ exterius sūt homines iusticiā simulādo. interius tamē sūt canes auariciam exercēdo Eccli.ij. Ue peccatori terram ingrediēti duabꝰ viis. Sed nō sic charissimi q̄ habeamus bonū ingressum. Patet igit̄ q̄ est ingressus q̄-

dam virtuosus. Scdo principaliter dico q̄ est quidā ingressus qui est vicios⁹. Et iste est ingressus ad mūdana delectabilia obtinenda vel ingressus q̄ per fenestras sensuū nostrorū incaute ꝓmittimus ingredi delectabilia huius mūdi. Isti em̄ sunt hostes nostri capitales. q̄s dum incaute ingredi ꝓmittimus p quinq; sensus. possessionē castri cordis ꝓdimus ⁊ amittim⁹. Sic em̄ ysboseth rex dormiens super terrā. dū ancilla ostiaria obdormiret. ingressi sunt latrones ⁊ occiderūt regem sicut dicit. ij. Regū. iiij. Quia vere charissimi cū ancilla ostiaria cordis nostri. scz diligentia q̄nq; sopit ⁊ dormit. ita q̄ ostia sensuū incaute dimittit apta. occāte ingrediunt latrones. i. male cōplacētie delectatōes ⁊ tēptatiōes ⁊ vsq; ad regē. i. vsq; ad cor pueniūt ⁊ ipm per malos ꝓsensus interficiūt ⁊ occidūt. Ad nos em̄ ingredit.

Caro que inficit. De carne inficiēte dicit Gen. xix.
Mundus q̄ deficit. Or ingressa est maior filia ad patrem suū dormiuitq; cum eo. De mūdo deficiente ⁊ dēpiente dr̄
Morbus qui afficit. illō ꝓdictū Osee. vij. Fur ingressus est spolians latrūcul⁹ foris. De morbo affligente dicit Habacuc. iij. Ingrediat putredo in ossib⁹ meis ⁊ subter me scateat. De diabolo ꝓcutiente ⁊ temptante seu officiēte dr̄
Demon qui officit.
Mors que intersecit.

Prouer. xxiij. Ingredit blande nouissime vero mordebit vt coluber ⁊ q̄si regul⁹ venena diffundet. De morte vero oīa destruente ⁊ corrūpente dr̄ Hiere. ix. Ascendit mors p fenestras nostras. ingressus est domos nostras. Ista em̄ ⁊ similia ꝓchdolor ingrediunt ad nos ⁊ ista libenter recipimus ⁊ admittim⁹. virtutes vero excludim⁹ ⁊ eas ingredi ꝓhibemus. Esaie. lix. Cōuersum est retrorsū iudiciū ⁊c. Sequit. Et equitas nō potuit ingredi. De ingressu vero q̄ nos ingredimur mūdū. pctm̄ ⁊c. Possem⁹ dicere q̄ homo ingredit pctm̄ vel mundū sicut lup⁹ intrat domū. sicut auis ingredit laqueū. sicut leo ingredit foueā. sicut talpa ingredit in cauernā. Lupus em̄ ꝑm fabulas ad instinctus vulpis domū rustici intrauit vt comederet carnes. ⁊ quia tūc famelicus erat ⁊ vacuus p strictam fenestrā ingressus est. qz vero ibi fuit satiat⁹ ⁊ replet⁹. ideo p illam strictā viā exire nequit. Et ideo egregie verberatus fuit. Auis etiam viso pabulo laqueū ingredit. Cū vero recederevoluerit laqueo stringit ⁊ sic nō euadit ampli⁹ sed capit Leo etiam viso cadauere foueā ingredit. nō attendens foueę ꝓfunditatem. ex qua tande nō potest egredi. sed ibidem inuentus ꝓmittit necessario se ligare. sicut dicit sup Ezech. ix. Istas tamē vltimā figurā vide supra expositam vbi. Abscōdere. Sic ꝓcerto charissimi q̄n homo q̄ in principio est famelic⁹ atq; pauper videt in mūdo aliq̄d delectabile qđ affectat. scz diuitias delitias ⁊ bonores. ibidē sic solet auidē incautē ingredi ⁊ intrare ⁊ se in mūdi negocijs plus debito implicando. ⁊ pfunditatē fouee peccati nō ꝓsiderando nec aduertendo. ꝓcerto se solet diuitijs ⁊ vicijs repiere ⁊ saciare intantū q̄ laqueo male ꝓsuetudinis taliter stringit ⁊ ligat q̄ de mūdo vel de peccato ampli⁹ nō pōt exire sed ibi vsq; ad mortem cogit remanere. Vñ Eccl. ix. Scito quoniaz in medio laqueoꝝ ingredieris. ⁊ sup volentiū arma ambulabis vbi dum a diabolo reperit ingulat ab eo eternaliter. De tali ergo ingressu. scz ad delectabilia carnis. seua. lucra symonie. auaricie vel vsure pōt dici illud Prouer. ij. Omnes q̄ ingrediunt ad eam non reuertent. nec apprehendāt semitas vite. Tales em̄ ingressus scriptura nobis ꝓhibet. ipsosq; dedinando suadet. prohibet em̄

Ingressum ꝓbane socictatis.
Ingressū immūde carnalitatis.
Ingressum terrene satietatis.
Ingressum mundane iocunditatis seu ꝓsperitat̄.

Vult em̄ q̄ non ingrediamur ꝓbanā societatem. Unde de sacerdotib⁹ dicit Ezech. xliij. Sabbata inquit mea sanctificent ⁊ ad mortuū non ingredient vt non polluant. Item q̄ nō ingrediamur in immundā carnalitatem. seu ad cuiuslibet luxurie feditatem. vnde de malis mulierib⁹ dicit. Non ingrediemini ad eas. neq; de illis ingredient ad vos. Item ne ingrediamur ad terrenam cupiditatem Hiere. xliij. Ne ingrediamini egyptū vt habitetis illuc. Et Osee. iij. Nolite ingredi in galgalam. Egypt⁹ tenebre: galgala inuolutio interpt̄at. qz scz cupiditas excecat ⁊ inuoluit. Item ne ingrediamur mūdanam iocūditatem seu ꝓsperitatē Hiere. xvj. Ne ingrediamini domū conuiuij. Sequit. Abstuli pacem meam a populo isto. Et sic patet q̄ est quidam ingressus vicios⁹. Sed tertio dico q̄ est q̄dam ingressus doloros⁹. Et iste est duplex scz ingressus mortis quo scz ingredimur sepulcrū. Et ingressus damnationis quo peccatores ingrediunt infernū. Sicut em̄ apes domos suas in sero ingrediunt: silent ⁊ tacent donec in mane iterum excitētur. Sic homines in sero. id est in fine vite sue domū sepulcri per mortem compellunt ingredi: vbi q̄tum ad corpus dormiūt ⁊ quiescūt quousq; in mane diei iudicij per generalem resurrectionē iterum veleant excitari. Unde de isto ingressu loquit scriptura Josue. xxiij. Viam vniuerse carnis ingredient bodie. Sicut etiam videmus q̄ latro compellit ingredi carcerem. Unde postmodū ducit ad patibulum vel ad ignem. Sic vere peccator carcerem sepulcri ingredit vt exinde ad inferni patibulū reducat ⁊ vt in inferni incendijs concremet. De talibus dicit Prouerbio. ij. Qui ingrediunt ad eam. scz ad damnationem non reuertent nec apprehendant semitas vite. Unde Job. xxxviij. Ingressus es thesauros niuis: ⁊ innouissimis abyssi deambulasti. aperte sunt tibi porte mortis. ⁊ ostia tenebrosa vidisti. Iste ergo est ingressus doloros⁹. Quarto vero dico q̄ est ingressus gaudios⁹. Et iste est ingressus paradisi. Sicut em̄ peregrinus gaudet q̄n post multos labores ingredit suū hospitiū. Pauper etiam gaudet quando post magnam famem ingredit bonum conuiuiū. Sic etiaz sancti summe letant ⁊ gaudent quando post laborem famem et miseriam hui⁹ mūdi ingrediunt paradisuz. De isto ingressu dicitur. Job. v. Ingredieris in abundantia sepulcrum tuū. Et Joban. x. Ingredie ⁊ pascua inueniet. Unde de sancta anima potest dici illud. iij. Regū. j. Ingressa est bersabee ad regez. Et sic patet q̄ quadruplex est ingressus. scz virtuosus. vicios⁹ doloros⁹ ⁊ gaudios⁹. Iste est ergo ingressus humanus. Sed adhuc dico q̄ est quidam ingressus diuinus. Et iste quandoq; fit spūaliter per gratiaz quandoq; personaliter per presentiam. Spūaliter ingreditur deus mentem humanam quando ipsam puram inuenit atq; sanctam. Deus em̄ est sicut piscis qui libēter ingredit spelūcam nouam. Unde figuratiue dicit Ezechiel de principe sacerdotū Ezech. xlvj. Or cū ingredientib⁹ ingredie ⁊ cū egredientibus egredie. qz scz princeps deus ingreditur ad illos qui ad ipm volūt ingredi ⁊ egredit ab ipsis q̄ ab ipo volūt egredi. Item personaliter ingressus est. q̄a scz exiuit a patre ⁊ venit in mundū. De quo q̄dem ingressu dicit Esaie. xix Ascendet dominus super nubez leuem ⁊ ingredie egyptū. ⁊ mouebunt simulachra eius. In quibus verbis ostendunt quattuor xp̄i ingressus scz

In virgineū vterū.
In mundum.
In infernum.
⁊ In celum.

Primus fuit ingressus magne puritatis. qz super nubem leuē. Scdus fuit ingressus magne paupertatis. qz ingressus est egyptū. Tertius fuit ingressus magne potestatis. qz scz oīa simulachra. id est omnia demonia fuerunt mota. Quart⁹ fuit ingressus magne dignitatis. qđ ostendit cum dicit. Ascendet dñs. Iste em̄ habuit. Ingressum purissimū carnem assumendo. q̄a venit in nubem leuem. id est in beatam virginem. Ingressum pauperrimū in mūdū veniendo. qđ notat per ingressum egypti. Ingressum felicissimū infernū spoliando. q̄a mota sunt simulachra. id est demonia. Ingressum dignissimum in celo ascendendo cū dicit. Ascendet domin⁹. Nubes em̄ leuis fuit beatissima virgo Maria. in quam christus ingressus est purissime. Unde Dan. vij. Ecce in nubibus celi filius hominis veniebat. Sicut em̄ aqua dulcis in mari ingredit vas de cera virginea vndiq; clausū: sic christus ingressus est nubem suam. id est purissimū virginis vterum. Exemplo lucis que sine vitri fractione ingredit ipm vitrum. ps. Ingredit sine macula ⁊ operat iusticiam Et Ezech. xliij. Maiestas domini ingressa est templū. Figura de porta clausa ineternū per quam solus dominus ingressus est. Ezech. xliij. Item egyptus qui interpretatur obscuritas signat mundū: in quem dum christus intrauit. pauper obscurus ⁊ sine claritate prosperitatis apparuit Unde ps. Intrauit israel in egyptū ⁊ iacob accola fuit in terra cham ps. Totā die ꝓtristat⁹ ingrediebar. Et. j. Re

cū.xij. Ingressus est iacob egyptū. Et Exo.xj. Media nocte ingrediar egyptū. Item simulachra signat demonia quoꝝ.scz potestas tūc fuit enervata.qñ de eoꝝ manib⁹ p ingressum xpi in infernū patrū captiuitas est erepta. Unde Esaie.xlvj. Cōfractus est bel cōtritus est nabo. fracta sunt simulachra eoꝝ. Et Ezech.iij. Fili hois ingredere ad transmigrationē.i.ad liberandā captiuitatez. Item ascensus signat ingressum in celū. De quo dicit Job.xx. Ascēdo ad patrē meū ꝛc. Et Heb.iij. Ingressus in requiē dei. Ideo de oibus istis ingressib⁹ dicit in ps. Viderūt ingressus tuos deus.ingressus dei mei.regis mei qui est in sancto. Et h igit de ingressu tam diuino q̄ humano sufficiant. De ingressu vero diabolico ad aiam deo dandā videt esse sicut de ingressu hostiū ad capiēda castra ꝛ fortilicia aliena.qz.s. isti ingrediunt sub forma mercatoꝝ ꝛ inimicoꝝ.qui dū aliqua vident inferre ꝓmittunt intrare.sed cū intus fuerint socijs suis aperiūt.qui ingredientes oīa destruūt occupāt ꝛ occidūt. Sic vere diabolus sub specie alicui⁹ boni:vel alicuius virtutis solet ingredi nostras cogitatiōes.ꝫ cū porta id est cogitationē occupauerit.tūc ꝑcerto socios suos.i. delectationē temptationē ꝛ psensum interi⁹ introducit. ꝛ sic p vicia castrū anie recipit ꝛ subuertit. Prouer.xxiij. Ingredit blande.nouissime autez mordebit vt coluber. Et illud Osee.vij. Fur ingressus est ꝛc.sicut supra sufficiat. Vide vbi de intrare ꝛ introducere ꝛc.

Inhabitare Cum inhabitare idē sit qd int⁹ habitare. Notabo q̄ est inhabitatio bonoꝝ ꝛ inhabitatio maloꝝ. Primo igit dico de inhabitatione bonoꝝ.de quibus expone illā auctoritatem ps. Inhabita terrā ꝛ paseris in delitijs In quibus verbis aduerte q̄ iusti habent triplicē bonam inhabitationē vicz.

Moralem. Habitāt em moraliter in māsionibus deRealem. notionis.ꝛ hoc interius. Inhabita. RealFinalem. liter in māsionib⁹ religionis. Et hoc exterius. Terram. Finaliter in mansionib⁹ saluationis. Et hoc superi⁹. Paseris inq̄t delitijs. Dicam ergo q̄ iustus inhabitat int⁹ in pectore. Extra in ope. Sursum in etbere. Dicō ergo q̄ est inhabitatio iustoꝝ moralis ꝛ interioꝝ.qđ ostēdit cū dr Inhabita.i.intus habita. Eccl.xxj. Ab vno sensato inhabitat ciuitas.i.cōscientia.ꝛ a tribus stultis derelinquet. Meditatio em est q̄dam spiritalis ꝛ moralis inhabitatio.spūs em noster illuc inhabitare dr ꝓcipaliter vbi ꝓcipaliter morat. Nō em gressib⁹ pedū sed gressibus cogitationū ꝛ affectuū mouet anīa.ꝛ de vno negocio ad aliud sicut ad habitationes varias circūfert. Et sic dic q̄ habitat: Quidam in deserto contritionis p pnie gustum amarum. Quidam in castro ꝓtectionis per confidentie scutū caruz. Quidam in studio discretionis per sapientie visum p̄claz. Primi igit inhabitant desertū pnie. Esaie.liij. Semen tuū gens hereditabit.ꝛ ciuitates desertas inhabitabit. Et sunt verba xpi ad ecclesiā.qz.s.semē eccle.i.sancti viri.potētias aie sue q̄ qñq; fuerūt gentes.i.sine lege viuentes. ꝛ deserte virtutib⁹ ꝛ inculte diligēter desertū cōtritionis ꝛ pnie inhabitant ꝛ frequētant. Scdi inhabitant castrū confidentie.s. in spe ꝛ auxilio ꝓtectionis.ꝛ adiutoꝝ diuini. De quo i ps. Inhabitabo in tabernaculo tuo in secula ꝓtegar in velamēto alaꝝ tuaꝝ. Tertij vero inhabitāt studiū sapie qz.s. ꝑcerto sicut dicit Sap.vij. Neminē diligit deus nisi eū q̄ cū sapia inhabitat. Taliter ergo debet iust⁹ spūaliter inhabitare.vt similiter a deo possit spūaliter inhabitari ꝛ p gratiā visitari.dicens cū apo.ij.Coꝝ.xij. Libenter gloriabor ī infirmitatib⁹ meis vt inhabitet in me virtus xpi. Quia ipe est q̄ dicit illud.ij.Coꝝ.vj. Inhabitabo ī illis ꝛ inambulabo ꝛ ero illoꝝ de⁹ ꝛ ipsi erūt mihi ppls. quā ꝑdubio inhabitationē ꝑcurat in nobis timoꝝ ꝛ amoꝝ. Juxta illud qđ in ps. scribit. Prope timētes eū salutare ipsius vt inhabitet gloria in terra nostra. Ista est ergo inhabitatio iustoꝝ moralis ꝛ interioꝝ. Deinde dico q̄ est inhabitatio iustoꝝ realis ꝛ exterioꝝ. Et ista est illa qua iustus in xpiana fidevivit.ꝛ qua in ecclesia vel religione versat.qđ ostendit cum dicit. Terram.que dicit a terrēdo eo q̄ realiter terit ꝛ calcat p quā intelligit xpiana fides ꝛ religio vel ecclesia extra quā nullus sanctus inhabitat aut morat. qz sicut dr in ps. Justi aūt hereditabūt terrā.ꝛ inhabitabūt in seculū seculi sup eam. Religio em xpiana est sicut templū qđ habebat in principio quandā latam inhabitationē ꝛ mansionē que significabat ecclesiā. ꝛ statū boim secularū ꝛ laicoꝝ.ꝛ in ista est candelabrū luminis.ꝛ mensa ꝓpositionis:ad denotandū q̄ seculares ad minus debēt habere ista.s.lumen fidei ad se dirigendū.ꝛ mensam pietatis ad pauces sustinēdum.dicendo illis illud.Edatis ꝛ bibatis sup mensā meā Luc.xxij. Et ista prima ps vocabat sancta.qz scz seculares si volūt pñt viuere sancte ꝛ iuste. Pars interioꝝ ꝛ secretioꝝ ꝛ alia in duplo minoꝝ ꝛ angustioꝝ vocabat sancta sanctoꝝ que.s.significabat statū spūaliū ꝛ clericoꝝ.apud quos. scz debet esse archa federis.hoc est charitas ꝛ dilectio. Eberubin q̄ interptat plenitudo scientie.hoc est veritas ꝛ discretio. Tabule legis.hoc est scriptura ꝛ sacra lectio. Manna dulcoris.hoc est pietas ꝛ devotio. Virga moysi.hoc est severitas ꝛ correctio. Et sic ergo dico q̄ fideles ꝑm diuersitatem statuū inhabitāt diuersas ecclesie mansiones. qz.s. extra ecclesie statū nulla est inhabitatio tuta.nulla est māsio vtilis aut secura. Terra inquit vt sic dns dicat ecclesie.illō Esaie.lxij. Complacuit domino in te.ꝛ terra tua inhabitabitur. Et aduerte q̄ ibi est inhabitandum.quia est

Locus splendoris ꝛ cognitiōis. De cognitione splēdoris dr in ps. Unaz petij
Locus amoris ꝛ dilectionis. a dño hanc requirā vt
Locus timoris ꝛ devotionis. inhabitē in domo domi
Locus rigoris ꝛ correctionis. ni oib⁹ dieb⁹ vite mee.
Locus honoris ꝛ plationis. vt videā voluntatē dñi ꝛ visitem templū eius. De dilectōe amoris dr in ps.qz.s.deus inhabitare facit vn⁹ moris i domo. De devotiōis timore dr vel dici pōt illō Judith.ij. Cecidit timoꝝ ei⁹ sup oēs inhabitātes terrā.i.timoꝝ dei. De correctionis rigore dr Apoca.xj.q̄ duo sancti ꝓphete cruciauerūt eos q̄ inhabitabāt sup terrā. De plationis vero honore dr Eccl.xxiij. Creator oīm dixit mihi.in iacob inhabita ꝛ in israel hereditare.ꝛ in electis meis mitte radices. Ptz ergo q̄ est inhitatio iustoꝝ realis ꝛ exterioꝝ.Terrā inquit.

Deniq; dico q̄ est inhitatio iustoꝝ finalis ꝛ superioꝝ.s.paradisus.q̄ ostendit cū dr.Et paseris in delitijs eius. Ibi em aīa pascit pabulo xpi humanitatis.ꝛ est in delitijs xpi diuinitatis.Eccl.ij. Vadā ꝛ affluā delitijs ꝛ fruar bonis. Et revera ista est habitatio delitiosa.s.habitatio paradisi.vbi.s.finaliter inhabitāt serui xpi ps. Et inhabitabūt ibi. ꝛ hereditate acquirent eā.ꝛ semen seruoꝝ eius possidebit eam ꝛ q̄ diligūt nomē eius habitabūt in ea. Sic igit ptz quō inuenit triplex inhabitatio iustoꝝ. Scdo ꝓcipaliter dico q̄ inuenit triplex inhabitatio maloꝝ. Et ista ꝓcerto est.

Quedam interioꝝ q̄ est ꝓphana: Prima est virtutib⁹ oꝝ
Quedam exterioꝝ q̄ est mūdana. bata.boc est cor malo
Quedam posterioꝝ q̄ est insana. rum ꝛ pscia.qz ꝑm ps.

Ista est terra q̄ deberet esse fructifera q̄ tñ versa est in salsuginē a malicia criminū inhabitantiū in ea. Secda est laboribus turbata.ꝛ hec est mūdana vita ꝛ opulētia. De q̄ in ps. Cōmoucant oēs inhabitantes orbē. Tertia est doloribus ingrata.ꝛ hec est infernalis pena ꝛ pestilentia.qz.s.sicut dr Job.x. Illa est terra miserie ꝛ tenebraꝝ vbi umbra mortis ꝛ nullus ordo sed sempiternus horroꝝ inhabitat. Et possum adhuc dicere q̄ isti tres inhabitatiōes pñt dici inhabitabiles.scz nō simpliciter. ꝫ ꝑm quid.qz scz sunt regiōes q̄ sunt sub zona torrida q̄ sunt inhabitabiles rōe excessiue caliditatis. ꝛ rōe serpentū ꝛ monstroꝝ ꝛ feralis crudelitatis Regiones etiā q̄ sunt sub duob⁹ vltimis polis,q̄.s.appropinquant ad duos polos.s.articū septentrionalē ꝛ antarticū meridionalē sunt inhabitabiles rone frigiditat. Alie etiaz sunt regiones inhabitabiles rōne obscuritatis.sicut est regio aptoforon.de q̄ dicit Solinus q̄ interne noctis mersa caligine nihil aliō de celo recipit q̄ hyemē sempiternā. Sic dico q̄ ꝑfate regiones cordis iniqui mūdi ꝛ inferni inhabitabiles dicunt.nō q̄ habitatoꝝ⁹ careant.cū in malo corde habitent pcā ꝛ cogitat⁹ mali.in mūdo habitēt peccatores ꝛ tyranni.in inferno vero demones ꝛ dānati.ꝫ qz nō inhabitant a bonis nec digne sunt seu tutevt inhitari debēt a ꝓfectis.qz scz. In corde pverso abūdat frigus indevotionis. In mūdo abūdat ardoꝝ auaricie ꝛ ambitionis. In inferno vero abundat hyems ꝛ tenebre cecitatis ꝛ tribulationis. Et ideo coꝝ prauū est inhitabile q̄ ad deū ꝛ virtutes

quibus spoliat Iere. xlvj. Memphis in solitudine erit & deseret & inhabitabilis erit. mūdus est inhabitabilis q̄ ad iustos & deuotos quib⁹ nō frequentat. Iere. xlviij. Floreis egredient & ciuitates eius deserte erunt & inhabitabiles. quo ad beatos a quibus non visitat Iere. lj. Euigilauit cōtra babylonē cogitatio dñi: vt ponat terrā eius desertā & inhabitabilem. Sequit. Et erit babylon in tumulos. habitatio draconū. stupor & sibilus. Sic igitur patet de inhabitationib⁹ bonis et malis hic nō allego exēpla q̄ supra tractaui magis plane de habitare. Et vide in titulis alijs continentibus habitationē et locū. sicut est manere stare ꝛc.

Inicium. Nota q̄ inicū idem est q̄ alicui⁹ rei inceptio seu principiū. vnde nota q̄ ē.

Inicium tempis.
Inicium corporis.
Inicium operis.
Vel dic aliter q̄ est.
Inicium rerum.
Inicium morum.
Inicium tempis.
Inicium corporis.

Inicium rerum est deus. De quo Apoca. xxj. Ego sum alpha & o. inicium & finis. Inicium morum est fides timor iusticia seu recta intētio. Unde Sap. j. Inicium sapiētie timor domini. Et Prouer. xv. Inicium vite bone facere iusticiā ꝛc. Inicium tēporis est iuuentus. De quo in ps. Inicio cognoui de testimonijs tuis. Inicium corporis sūt homines & elementa. De quo Sap. vij. Memo ex regibus aliud habuit natiuitatis inicium: Qualitercunq; aūt accipiat inicium. istud est certum q̄ ab inicio dependent oīa inicata. q̄ scz a deo dependent oīa creata. Ab intentiōe dependent oīa opata. A iuuentute oīa vite ordinamēta. Et ideo necesse est q̄ habeam⁹ bona inicia. vt scz bona sequentia subuenant. Igit spūaliter loquendo habeam⁹ in oibus actibus nostris bona inicia virtutū. Ex bonis em̄ p̄missis sequit bona cōclusio. Et q̄ in inicio vie sue deficit facliter a rectitudine se diuertit. modicus em̄ error in principio magnus erit in fine. Et ideo sicut bonū semen est inicium boni fructus. q̄ scz sine bono semine p̄cedente. boni fructus nullatenus subsequunt. Sic vere bona semia gratiarum & virtutum sunt inicia bonor fructuū & actuum. & vbi semina sicut quedā inicia nō p̄mittunt ibi fructus nullatenus subsequent. De bonis igitur inicijs. morum & virtutum potest optime exponi illud Eccl. xxxix. Inicia necessarie rei vite hominū aq̄. ignis & ferrū. sal. lac. panis. mel. botrus vue. oleum & vestimentū. Ubi nota q̄ ad vitaz morum necessaria sunt ista inicia scz. Aqua compunctionis. Ignis dilectionis. Ferrum correctionis. Sal prudentie. Lac clementie. Panis eucharistie. Mel deuotionis. Botrus seu vua patientie. Oleum compassionis. Uestimentum bone conuersationis. De bijs inicijs potes aliqua tangere. vel si vis dimitte. Et vide infra de principio. q̄a omitto gratia breuitatis.

Inimicus. Inimicicia. Nota q̄ inimicicia idem est q̄ cōtrarietas odiū. discordia. maliuolentia. rancor. Et notandū q̄ triplex generaliter inuenit inimicia. scz dei diaboli & hois. Primo igit dico q̄ de⁹ inimicat pctōribus. q̄ sicut dicit Ysido. Ceruus naturaliter inimicat serpentib⁹. ipsosq; de⁹ de cauernis extrahit. eosdem deuorat & cōsumit. Sic p̄certo de⁹ inimicat peccatoribus venenosis serpētib⁹. q̄ sicut dī Eccl. xij. Altissimus odio habet peccatores. ipsosq; de cauernis corpor suor extrahit p mortē. et ipsos deuorat p dānationē. Uñ dñs dicit talib⁹ Iere. xxx. Plaga inimici percussi te castigatiōe crudeli. Et sicut serpēs naturaliter icedit vel tortuosus vel erect⁹. Sic pctōres sūt tortuosi p maliciā. erecti aūt p superbiā. Unde Treñ. j. Uide dñe afflictionē meā q̄m erect⁹ est inimic⁹. Uerūtm sicut videmus q̄ locusta sursuz subito salit & erigit & subito cadit & deprimit. Sic inimici pctōres faciliter eriguntur ꝓtra deū p superbiā & obstinationē. & sup alios p tpalē promotionē finaliter cadūt in infernū p miseriā & dānationē. Uñ in ps. dr. Inimici vero dñi mor vt honorificati fuerint & exaltati deficiētes quēadmodū fum⁹ deficiet. Deus igit inimicat peccatorib⁹. Uñ Esaie. lxiij. Afflixerūt spūm sancti ei⁹ & conuersus est eis in inimicū. Secūdo dico q̄ diabolus inimicatur melioribus. Canes em̄ naturaliter inimicatur equo sicut dicit Ysido. Lupus etiā inimicat oui ꝛc. Sic procerto diabolus inimicat & pro viribus contrariat boi bono & simplici. Unde Math. xiij. Diabolus a xpo vocat inimicus qui. s. cum tritico zizania seminauit. Inimicus inquit hoc fecit. Iste em̄ basiliscus qui rex serpentū ab Ysidoro vocat nature dicitur inimicus. Iste em̄ erect⁹ mordens dicitur interficere quicquid videt. & signat diabolū humani generis inimicum. qui dicitur rex serpentum. id ē magister omniū malignorum. quia dicit Job. xl. Ipse em̄ est rex super omnes filios superbie. Iste em̄ veneno malicie. inuidie. & inimicicie imbutus si potest omnes homies per temptationes inuenenat. per delectationes intoxicat. per consensus & operationes occidit. & tandez ipos p malas consuetudines putridos & fetidos efficit & incēdit. vñ illud predictum Treñ. j. Uide domine afflictionem meaz quoniā erectus est inimicus. Tercio dico q̄ peccatores inimicantur sanctioribus. Sicut em̄ animalia siluestria & rapacia sunt vt cōmuniter simplicibus bestijs & animalibus inimica & eisdem contraria & nociua. quod bñ patet in pluma aquile q̄ plumā galline corrodit. Sic vere charissimi omnes similes & siluestres peccatores. bonis & simplicibus inimici sunt. & in omnibus contrarij & nociui. sicut em̄ similitudo in rebus causa est amicicie. sic dissimilitudo causa est inimicicie. Uñ de peccatoribus dicit Sap. ij. Dixerunt impij apud se cogitantes nō recte. Et sequit. Circūueniamus ergo iustum. quoniaz inutilis est nobis. & cōtrarius operibus nostris. Et ideo quia boni in hoc mūdo inimicicias patiūtur. potest quidem quilibet ꝓtra eor malicias dei auxilium implorare & dicere illud ps. Inimici mei viuēt: & multiplicati sunt qui oderūt me inique. De multiplicatione ergo taliū inimicor dicit in ps. Ecce inimici tui sonuerūt. Et tandē nominat illos inimicos. simul aduersum me disposuerūt tabernacula ydumeor & ysmahelite. moab & agareni. gebal & amon & amalech. alienigene cū habitantibus tyrū. Etem̄ assur venit cum illis. facti sunt in adiutoriū filijs loth. sac illis sicut madian & sisare. & sicut iabin in torrente cison. Iste est em̄ exercitus dyaboli cōtra ciuitatem ecclesie. quia. s. dyabolus vna cum collegio reproborū non cessat inimicari et ei nocere et contrariari. Aduerte ergo et nota q̄ deo et sanctis contrariantur & inimicant quindecim genera hominū. Et sunt isti scilicet. Carnis inquinatores: q̄ ibi sunt ydumei: qui interptantur sanguinei. Uani obstentatores: quia ibi sunt ysmahelite: q̄ interpretantur auditi. Mali imitatores: moab: qui interp̄tatur ex patre: signat malorum parentum imitatores. Sue ministratores: quia ibi sunt agareni: qui interpretantur festa suscitantes. Auari p̄dicatores: quia ibi est gebal qui interpretatur vorago exterminans. Tristes oblocutores: q̄ ibi est amon: qui interpretatur dolens vel murmurās. Falsi adulatores: quia ibi est amalech: qui interpretatur populus lambens. Fidei desertores: quia ibi sunt alienigene qui designant hereticos. Inuidi detractores: quia ibi sunt habitantes tyrum qui interpretat angustia siue inuidia. Improbi mercatores: quia ibi est assur qui interpretatur negociator. Item dico q̄ in isto exercitu sunt adhuc Cito deficientes: quia ibi est loth: qui interpretatur declinans. Discordia fremētes: quia ibi est madian: qui interpretatur cōtradictio seu respōdens. Tristicia torpētes: quia ibi est cisare: qui interpretatur exclusio gaudij. Mundani sapiētes quia ibi est iabin: qui interpretat sapiēs seu intelligēs. Bona reiicientes: quia ibi est torrens cison: qui interpretatur vomens. Omnes em̄ isti diuersimode sunt inimici simplicior bonor. Quidā em̄ inimicant apte. quidā occulte. Apte ei inimicant: crudeles: cōtradictores: raptores de q̄bus dicit in ps. Tribulauerūt eos inimici eor ꝛc. Occulte inimicāt i uidi. adulatores & detractores & alij similes: de q̄bus dicit Eccl. xij. In labijs suis idulcat inimic⁹ & in corde suo insidiat vt subuertat te in foueam in oculis suis lachrymat inimicus: & si inuenerit tpus nō satiabit sanguine. Sed de hoc vide supra de Adulatiōe & de amicicia. Et ideo charissimi: quia tales sunt dei et sctor inimici. iō de⁹ ē talib⁹ inimic⁹. Sicut em̄ dicit Plini. Stellio scorpiōib⁹ inimicat in tm̄ q̄ eo viso terrorē eis icutiat & pauorē: q̄ scorpiōes sunt ꝓpter suā venenositatē boim inimici. Sic de xpus qui ꝓpē virtutes stellio dicit vl stellatus. & qui septē stellas. i. septē virtutes in dextera sua dicitur habere. inimicus ē genera-

liter omniū scorpionū.i.omniū peccatorū.q̄.s.inimici sunt dominū.i.virorū sim pliciū ⁊ bonorū. Unde procerto in die iudicij quando ab eis videbitur terrorē eis incutiet ⁊ bor rorem. Sicut ēm dicit Sap̄.v. Videntes turbabunt̄ ter rore horribili. Quia sicut dicit in p̄s. Inimicos eius indu am confusione. super ipm aūt efflorebit sanctificatio mea. ita q̄ tūc videbitur dominus dicere cuilibet pauperi illud Ezo.xxiij. Inimicus ero inimicis tuis. ⁊ odientes te affligam. Et ideo sicut videmus q̄ reges ⁊ principes quando in guerris inimicos suos capere possunt. solent quando, q̄ eos suspendere. quandoq̄ occidere. quandoq̄ submergere. Sic vere deus inimicos suos peccatores i inferno finaliter occidet ⁊ suspendet. Unde in p̄s dicit. Inimicos eorum operuit mare. Et Esa.lxvj. Vox domini reddentis retributionem inimicis suis. Et sic igit patet q̄ est inimicicia diuina dyabolica ⁊ humana ⁊c.

Iniquitas. Nota q̄ iniquitas dicit quasi nō equitas. Peccatum ēm iniquitas dicitur p eoq̄ per ipm cor ⁊ conscientia inequalis ⁊ inqeta redditur inquantū. s. contra omnē equitatem deo rebellare nititur. ⁊ inquantum per iniusticiam ⁊ intrinsecam discordijs inequat. ⁊ a tranquilla ⁊ equa ⁊ sincera quiete ⁊ pace turbat. j. Job.iij. Qui facit peccatum iniquitatez facit. ⁊ peccatum est iniquitas. Per equitatem ēm dest gnat tranquillitas. ⁊ pax sicut Thobie.v. dicitur. Equo animo esto. in primo est vt a deo cureris. Et ideo per oppositum iniquitas peccatum ⁊ animi turbationez designat. p eo q̄ pacem conscientie facit inequalē ⁊ turbat. Eccli.xxj. Rūpbea bis acuta omnis iniquitas. Est autem iniqt s prie peccatum in primum. sicut impietas peccatum est in parentes ⁊ deum. inter amicos ēm ⁊ primos semper debet esse equitas. paritas. similitudo charitas ⁊ equalitas. Cū equalitas ⁊ similitudo causa vel glutinū sit amoris. ⁊ quā do per peccatum ista tolluntur necesse est q̄ ibi generetur odiū. discordia. iniquitas. dissimilitudo ⁊ ineqlitas. Aqua ēm ym Ysido. dicitur quasi equa. quia. s. nisi aliūde turbetur superficies ipsius semp equa est ⁊ equalis: qñ vero ignis vel ventus ab extrinseco apponit tūc bullit atq̄ mouetur et prima eius eqtas equalitas ⁊ trāquilitas disturbatur. et sic ibi inequalitas generat. Sic vere dicā. licet mens quādoq̄ p charitatē et qtum ad se ⁊ qtum ad proximū equa sit et equalis: tranqlla pariter et quieta: qñ tamē ignis peccati vel flatuū dyabolice temptatiōis adbibet: ibi statim incipit p mala desideria bullire: ⁊ contra se deū ⁊ primū feruere: et sic solet inequitatē seu inequalitatē incurrere. et sic solet homo iniqu⁹ et impius apparere. p̄s. Vidi iniqtatē ⁊ cōtradictionē die ac nocte. ⁊ circūdabit eā sup muros eius iniqtas: et labor i medio ei⁹ ⁊ iusticia. ⁊ nō desecit de plateis ei⁹ vsura ⁊ dol⁹. Seqt. Veniat mors sup illos: et descendāt ad infernū viuētes: qñ neqtie i tabernacul' eor. Et aduerte in auctoritate ista q̄ tal' iniqtas. i. pctm ⁊ malignitas

Contra deum facit rebellare.
Cum primis facit discordare.
Facta sua facit publicare. Die
Mētis lumē solet excecare. Nocte.
Castrum cordis solet expugnare.
Motus cordis solet fatigare.
Iuris normā solet eneruare.
Turpe lucrū facit freqntare.
Fallacias solet suscitare.
Infamia solet maculare.
In tormētis facit habitare.

Quia procerto quā do iniqtas abundat in boie: statim vt cōiter talis iniquus seu peccator Contra deū rebellās militat. Vidi iquit iniqtatē. Cuz prioris discordias cursitat. Contradictionem inquit in ciuitate. id est in ciuiū vnitate. Facta sua iactando recitat. Die inquit. Cecitate vacillans dubitat. Nocte iquit. Sub iugat⁹ torpet et besitat. Circūdabit inqt eam super muros ei⁹. Mot⁹ mentez turbat et agitat. Labor inquit in medio ei⁹. Iuris ordo sub boc periclitat. Iniusticia inquit. Turpe lucrū cupit et flagitat. Non deficit vsura inqt. Malicias tractat ⁊ recitat. Dol⁹ inqt. Infamie fetorē suscitat. Veniat mors sup illos. In pctā cadit ⁊ cespitat. Descēdāt inqt. In tormētis post mortē bitat. In infernū inqt. Dico ergo q̄ iniquitas quādo abūdat in corde contra deū facit surgere. Vidi inquit iniquitatē. Sicut enim in corde iusto babet deus suum procuratorem. scz synderesim: que scz sp contradicit omni iniquo. Sic in corde iniquo babet diabolus procuratorem scz fomitem ⁊ sensualem affectū q̄ cōtradicit volūtati diuine ⁊ omni motui sancto ⁊ iusto p̄s. In memoriā redeat iniquitas patrum eius. in conspectu dei. Sequit. Fiāt contra dominū semper. Et tamen in p̄s. probibet talis rebellio ⁊ contradictio. vbi dr. Nolite loqui aduersus deū iniquitatem. Item iniquitas a primis facit dissentire. Quia vidit cōtradictionē in ciuitate. id est in ciuium vnitate. Sicut ēm charitas ciues. id est fideles p cōcordiā vnit ⁊ iūgit sic charitat̄ oppositū scz iniqtas separat p discordiā ⁊ seiūgit p̄s. Dispgent oēs q̄ operant iniqtatē Ezech.vij. Fac cōclusionē qm̄ terra plena est iudicio sanguini ⁊ ciuitas plena est iniqtate. Item iniqtas facta nō vult operire. Die inqt in q̄ scz omnia patēt p̄s. Iniquitatem meā annunciabo. Et alibi dicit. de peccatore. Peperit iniqtatē. lacū aperuit ⁊c. Quia reuera dies diei eructat verbū: ⁊ nox nocti indicat nō scientiā ⁊ nequiciā. Item iniquitas solet mentem excecare. qz scz vbicūq̄ nubes, peccatorum fuerit. ibi claritas vere cognitionis cessabit ⁊ obscuritas erroris ⁊ ignoratie pullulabit. Nocte inqt. Posuisti tenebras ⁊ facta est nox in p̄s. Et alibi. Cōprebēderunt me iniquitates mee ⁊ nō potui vt videre. Item iniqtas libertatē solet irretire. Circūdabit inqt eā. i. mētē sup muros ei⁹. Iniqtates ēm si abundāt mentē inuoluūt penit⁹ ⁊ captiuant qz sicut dicit Prouer.v. Iniquitates sue capiunt impiū. ⁊ funibus peccatorū suorū cōstringit. Circūdabit inquit p̄s. Iniquitas calcanei mei: circūdabit me. Item iniquitas cordis pacē solet impedire. qz. s. semp est labor in medio ei⁹. i. in corde. Semp ēm est vir iniqu⁹ in labore cordis scz aut volendo: aut cupiendo: aut timendo ⁊c. p̄s. Ut iniq agerent laborauerūt Esaie.xl. Prebuisti mibi laborē in iniquitatibus. Et Sap̄.v. Lassati sum⁹ in via iniquitatis ⁊c.

Item iniqtas iuris normā facit deperire. ⁊ iusticia inqt Ubi ēm regnat iniqtas. nunq̄ viget ibi iusticia ⁊ eqtas. ⁊ pot⁹ subuersio iuris ⁊ malignitas p̄s. Iniuste egit vt inueniat iniquitas ei⁹ ad odiū. Eccl.iij. Vidi in 'oco iusticie iniquitatē. ⁊ in loco iudicij impietatē. Item iniqtas turpi lucro facit assentire. Mō deficit inqt de plateis ei⁹ vsura. De vsuratio ēm dici pōt illud qd̄ dicit de Juda Act.j. q̄ ipse possedit agrū de mercede iniqtatis ⁊ suspēsus crepuit medi⁹ cū tñ deus si vellet ex vsuris ⁊ iniquitate redimeret animā eius. ⁊ nomen eius esset honorabile coram ipso. Item iniquitas malicias facit inuenire. Dolus inquit. Quia certe vir iniquus p nibilo babet cōmittere dolū ⁊ maliciam. p̄s. Quid gloriaris i malicia qui potens es in iniquitate tota die iniusticiā cogitauit lingua tua. sicut nouacula acuta feciſti dolū ⁊c. Item iniquitas se ⁊ suos facit abhoīabiles ⁊ horrendos. qd̄ ostendit cū dr. Veniat mors sup illos Sicut ēm nibil est abhominabili⁹ mortuo. sic etiā nec homine iniq vel impio p̄s. Corrupti sunt ⁊ abhominabiles facti sūt i iniquitatib⁹ suis. Et Ezech.xviij. dr q̄ cū auerterit se iustus a iusticia ⁊ fecerit iniquitatē morietr. id est abhominabilis efficiet. Iuxta illd Eccl.x. Execrabilis omnis iniquitas. Item iniquitas ad vicia facit pslire. qz scz iniqtas ita est de sui natura pōderosa ⁊ grauis q̄ boiem facit corruere. ⁊ de vno vicio ad aliud ptransire. qd̄ ostēdit cū dr Descendūt p̄s. Iniquitates mee supgresse sunt caput meum. ⁊ sicut on⁹ graue grauate sunt sup me Prouer.v. Pedes eius descendūt in mortez. Sequit. Iniqtates sue capiūt impiū. Item iniquitas ad tormenta facit peruenire. qd̄ ostendit cū dicit. In infernū viuētes Prouer.xv. In pfundissimū inferni conuiue ei⁹. qz scz iniq in inferno laborabūt in eternū. ⁊ viuēt adhuc in finē. Iñ Sap̄.v. Lassati sum⁹ in via iniqtatis. Sequit. In malignitate aūt nr̄a cōsumpti sum⁹. Talia dixerūt in inferno bij qui peccauerūt. Ipsis etiā pōt dici illud Esaie.lix. Iniquitates vestre diuiserūt inter vos ⁊ deū vestrū. Et ipsi possunt dicere illd Hiere.v. Iniquitates nostre declinauerūt hec. ⁊ pcā nr̄a pbiduerūt bonū a nobis. qz procerto sicut dicit in p̄s. Deus odit omnes qui operant iniquitatem perdet omnes qui loquunt mendaciū. Et Esaie.xxvj. dicitur de peccatore. q̄ in terra sanctorum iniqua gessit. ⁊ non videbit gloriam dei.

Sic ergo patet per ista.xij.membra auctoritatis isti⁹.quō iniquitas.xij.facit mala.transeo sine exemplis gratia breuitatis. Vide in titulis de quibus fit mentio in quolibet mēbro.s.vbi labor.dies.nox.mors.⁊ similia ⁊c.

Inire. Nota q̄ inire idem ē quod intus ire. vel in aliud ire.sicut coire idem est quod conuenire.vel in aliquo loco facto vel cōsortio simul esse.Et dicit ab in quod est intus:⁊ con quod est simul.⁊ ire ⁊c. Igitur dico q̄ inire signat quandā aggregationē.⁊ quandaz vel in bono vel in malo coadunationē.Et sic generaliter possum notare sicut in scriptura patet q̄ homines ineunt

Fedus ⁊ coniugium.
Bellum atq; iurgiū.
Festum ⁊ conuiuiū.
Tractatū ⁊ consiliū.

Initur enī fedus vt pax habeat Josue.ix.Serui vestri sumus. fedus inite nobiscū. Item initur bellū vt ius decernatur. Prouer.xxiij.Cum dispositione initur bellum. Item initur festum seu conuiuiū vt cibus sumat. Gene.xxiij. Inito conuiuio vescentes pariter ⁊ bibentes māserunt ibi. Item initur tractatus seu consilium vt q̄cq; agatur. Mat.vj. Veni vt ineamus cōsilium pariter ⁊c. Multa possent dici.§ q̄ supra tractatū est de federe. bello.cōuiuio ⁊ consilio omitto. Vide in titulis p̄libatis.

Iniuria. Nota q̄ iniuria cōtrariatur iuri. Quicquid enim alicui contra ius infertur iniuria appellatur. Sumitur autem cōmuniter pro iniusta offensa.inquantū.s.peccator offendit deum.proximum ⁊ semetipsum. Iniuriatur enī peccator deo non obediendo. proximo malum infligendo.sibipsi se prostituēdo.seu seruituti peccati submittendo. Et aduerte q̄ iniuria offensa seu cōtumelia non ē alicui faciēda.sed pax ⁊ iustitia frequentanda.membra enī tanta amicicia in corpore colligātur.q̄ vnum alteri non iniuriatur.sed potius ab altero ꝑ virtutes confouetur.Sic cū omnes vnuz corpus simus in xp̄o.singuli autem alter alterius membra (vt dicit Rom. xij.) Nullus debet alteri iniuriam inferre.nec vnus alterz molestare.sed potius diligere ⁊ fouere. vt sic dicant adinuicem illud quod scribitur Matth.xx.Amice nō facio tibi iniuriā tolle quod tuum est et vade.Quod tamen est contra multos.qui sc̄z ita sunt paci et tranquillitati cōtrarij:q̄ modica immo forte nulla iniuriātes occasione innocentes verbis signis ei factis ledūt.Similes arieti qui vermē habet in capite:motu cuius facile solet inuadere ⁊ sine causa petere vel ferire.Sic vero multi sunt qui vermē fatuitatis ⁊ et iracundie:vermē etiam p̄sumptiōis et superbie ita habent radicatū in mente:q̄ sine causa rationabili verbis ⁊ factis alios inuadunt:ipsosq; iniuriose percutiūt atq; ledunt. Isti sunt sicut strix.que alīs dicit bystrix porcus spinosus:qui sc̄z aliq̄liter ꝑuocatus sua spicula seu tela solet vibrare ⁊ vibrādo facit ea quatere vel stridere:tandem aliqō de ipsis spiculis iactat ⁊ boiez vulnerat atq; ledit:sicut sensu apparet:⁊ Solin⁹ recitat. Sic vere tales faciliter ꝑuocant:et tandē stridēt quatiunt et loquūtur:⁊ spicula.id est iniurias verboz̄ ⁊ factoz̄ iacere.et inferre noscunt: quib⁹ sc̄z alios in corde:bonis fama et corpore indebite vulnerāt De talibus ergo iniurijs dici potest illud Eccl.ix. Nō placeat tibi iniuria iniustoz̄:sciēs quoniā vsq; ad inferos non placebit impius. Et si vis potes notare q̄ iniurie

Ab iniustis solent inferri.
A ꝑfectis solent tolerari.
Per prelatū solent euitari.
Per dñm solēt vindicari.

Primo igitur dico q̄ iniuria ab iniustis infertur. Boni enim iusti ⁊ prudētes nō libēter alīs iniuriātur.quinimmo magis vellent sustinere iniuriā q̄ inferre:sicut bene dicit Seneca in ꝑuer. Viri boni ē scire pati nec inferre iniuriā. Istud potissime patet in diuitibus ⁊ maxime in nobilib⁹:qui sc̄z modica occasiōe se reputant iniuriatos ⁊ lesos. Membrum enī quāto nobili⁹ tanto difficilius fert iniuriā:patet in oculo quez plus ledit modicus puluis:q̄ pedem vel manuz lederet magn⁹ lapis. Sic vere ē de nostris nobilibus.quia procerto modico puluere id est modica occasione se iniuriatos asserunt.et si vindicare nequeant statim more oculi lachrymādo vel alīs impacientie signum ostendunt:contra illud Eccle.x. Omnis iniurie proximi ne memineris:⁊ nihil agas in opibus iniurie Et reuera tales qui ita sunt prompti ad iniuriā sentiēdā ⁊ faciēdum.sunt vt cōmuniter ceteris pauperiozes.sicut patet de raptoribus ⁊ publicis homicidis. Ideo bene dicit Eccle.xxj.q̄ obiurgatio ⁊ iniurie annulabāt substantiam. ⁊ substantia superbi eradicabitur. Iniuria ergo ab iniustis infertur. Secundo dico.q̄ iniuria a perfectis suffertur. Quis enī teste Seneca in prouer.difficile sit iniuriam cū patientia cōuenire perfecti tamē viri sciūt iniuriam dissimulare.⁊ quandoq; obliuisci penitus ⁊ donare.⁊ si necesse sit in patientia sustinere.q̄a sicut dicit Crisost.sup Matth. In proprijs iniurijs patiens esse laudabile est.iniuriā aūt dei dissimulare impiū est. Ista tamen sūt contra multos q̄ sc̄z non possunt obliuisci iniurias sibi factas:beneficia aūt si q̄ ab alijs receperint a memoria protinus dilabunt. Vñ Seneca.lxxxij.epistola dicit. Quid inquit eo miserius cui beneficia exadūt.berent iniurie? Et reuera contrariū debet esse.q̄ sc̄z beneficia accepta nunq̄ debent a cordibus nostris recedere:nec ibidem iniurie remanere. Quis enī teste Seneca in prouer. Memoria beneficioz labilis est iniuriaz tenax. Prudens tamen debet iniurias obliuisci: q̄ certo sicut dicit ibidem iniuriaz remediū est obliuio. Homo enī debet iniuriā remittere multiplici ratione. quā doq; ex cōsideratione ꝓprie iniusticie.q̄ sc̄z homo cōsiderat q̄ multa al's cōmisit q̄ apud deū meruerūt maiora ⁊ q̄ quicq̄d patimur peccata nostra meruerūt licet causam nō habeat iniurias nos ledendi. Vñ Grego.xxx.moraliū. Is patienter tolerat iniuriā ⁊ erubescit peccatis nō parcere q̄ apud deū ⁊ primū multa q̄bus pati necesse est se recolit cōmisisse. Item ex alia cōsideratione meriti patiētie. Hō enī iniuriā sibi factā libenter remittit.si futuz p̄miū q̄ exinde acquirit attendit.⁊ q̄ ad exempla xp̄i ⁊ maioz aduertit. Leui.xix. Non eris memor iniurie ciuiū tuoz. Item excōsideratione precedētis amicicie. Nō enī debet iust⁹ homo obliuisci vel pdere amicicia p̄cedentē:ꝓpter modicā iniuriam subsequentē.imo de iniuriatore suo debet dicere cuz Seneca.Si inimic⁹ est fecit q̄d debuit.si amic⁹ fecit q̄d voluit. Talem ergo iniuriā debet homo dissimulare ⁊ ac si facta nō fuisset.ad pristinā amicicia remeare. Exemplo colūbaz que licet inter se q̄q; pugnent pristinā tamē amicicia seu cōsortiū nō declinat.imo oblite p̄stine iniurie ꝑtin⁹ ad pascua simul vadūt ⁊ volant. Exemplo Joseph q̄ immemor p̄stine iniurie fratres suos nō exacerbauit § fouit ⁊c. Genē.xliij.⁊ deinceps. Item q̄q; ex cōsideratione diuine ꝓuidētie. Debet enī cogitare homo q̄ de⁹ q̄q; p̄mittit boi iniuriari.vt inde possit amplius exaltari ⁊ virtus eius ⁊ patiētia emendari:sicut patuit in martyrib⁹. Sicut etiā patuit in multis p̄bis ⁊ doctorib⁹.q̄ sc̄z acceptis iniurijs doriores fuerūt ⁊ magis reipublice ꝓfuerūt sicut patet q̄ Paulus carcerat⁹ suas epistolas scripsit q̄bus ecclesiā illustrauit. Joseph etiam venditus famem p̄uidit ⁊ frumenta seruauit:⁊ sic a morte populos liberauit ⁊ sicut ipse fratrib⁹ suis timētib⁹ ꝑ iuria sibi facta dixit Gen.l. Molite inq̄t timere nunq̄d dei possumus resistere volūtati? vos cogitastis de me malū.⁊ deus vertit illud in bonū: vt exaltaret me sicut cernitis ⁊ saluos faceret multos populos. Et hoc est q̄d dicit Seneca.in epistola. De his rutilij virtus ⁊ innocentia latuisset nisi iniuriā accepisset. Nonne inquit me trodorus postq; perijt inuentus est ⁊ fama eius emicuit. Virtus inquit nō potest latere.⁊ latuisse nō ipsius est damnum. Item q̄q; ex cōsideratiōe ꝓprie impotentie. Homo enī q̄ considerat se impotentē ad sibi factam iniuriaz vindicādā.debz dissimulare ⁊ ex toto dimittere.q̄ sicut supra dictū est iniuriaz remediū ē obliuio. Vel tps ⁊ oportunitatē debitā expectare. Prouer.xij. Qui dissimulat iniuriā callid⁹ est Item q̄q; ex ꝓsideratōe aliene ignorātie sicut patuit in Stephano q̄ remisit iniuriā lapidātib⁹. ꝑ eo q̄ q̄cquid agerēt nesciebāt. Dimitte inq̄t illis q̄ nesciunt q̄d faciunt. Act.vij. Apū enī iuuenū pūctura nō ita ledit nec affligit sicut senū. sicut ait Plinius. Quia reuera pūctura.i.inuidia facta nobis ꝑ iuuenes ⁊ ignaros nō ita dz ledere vel affligere.sicut q̄n fit ꝑ senes boies vel ꝑ doctores. Vñ tullius in retborica dicit. q̄ multū interest in offā iniuria an fiat subito vel ꝓsulte. Mā leuiores sunt q̄ repētino motu accidūt q̄q; premeditata inferunt. ij. Regū. xix. Ne memineris iniuriarū serui tui. Patet ergo q̄ iniuria a perfectis suffer

tur. Tercio dicendo q̄ iniuria per prelatum differtur seu affertur. Spectat enim ad quemlibet virum iustum et maxime ad iudicem vel prelatum iniurias propulsare. et iniuriatos ab iniuriantibus liberare. Ecclesiastici. iiij. Libera eum qui iniuriam patiat de manu superbi. Quarto dico. q̄ iniuria p̄ dominū refert. i. retribuit. quia. s. ipse est qui ēm p̄s. Facit iudiciū iniuriam patientib⁹. dat escā esurientibus. vnde Coll. iij. dr. Qui. n. iniuriam facit reciapiet illud q̄ cūq; gessit. Et sic ergo patet quomō iniuria p̄ dominū retribuit. t refertur. Per iudicem restituit. t auferetur. Per iustum obliuiscit. t sufferet. Per iniustū cōstituitur. t inferet. Vide in alijs titulis similibus sicut ē. Loq̄ Detractio. Percutere. Ledere. Et sic de multis alijs ⁊c.

Iniusticia Nota q̄ licet iiusticia sumi possit p oi pcō, p̄t tñ sumit p̄ p̄rio iusticie. Quodcunq; ergo modo accipiatur. dicamus q̄ iniusticia Linquitur. t confitet a viro penitente. Spernit. t abhorret a viro innocente. Regit. t exercetur a viro pestilente. Punit. t abolet a summo p̄sidente. Primo ergo dicamus q̄ iniusticia a viro penitente debet confiteri. q̄. s. penitens omnē iniusticiā. t peccatuz debet per confessionē emittere. t a se reiicere. t fugare. Mulier ēm habens in vtero abortiuū seu fetū mortuū. t corruptum. necesse ē q̄ ipm (etiaz partus tempe nō expectato) extra eiiciat. t q̄ ipm parturiat. t emittat. ne forte piculuz retinendo incurrat. Sic bō qui in ventre conscientie habz fetum mortuū. i. peccati iniusticiā introdusam. statim. t sine dilatione debet ipm emittere. t p̄ cōfessionē mortuū p̄turire. t tandē p̄ satisfactionē debitam. t a conspectu dei. t bominū apire. Et boc est quod consulit Eccli. xvij. Reuertere iuq̄t ad dñm. t auertere ab iniusticia. Et illud p̄s. Delictū meū cognitū tibi feci. t iniusticiā meā non abscondi. Ita etiā vocemur p̄ psalmistā dicere dño. Peccaui m⁹ cū patribus nostris iniuste egimus iniq̄tatem fecimus. Patet ergo q̄ iniusticia a penitente debet confiteri. Secūdo dico. Oz iniusticia ab innocēte solet abhorreri. Viri. n. iusti et innocentes iniquitatem et iniusticiā detestantur. t cōtra ea verbo. t ope p̄liant. Res. n. recta non bñ cōuenit cū gibbosa. nec cū deuia et tortuosa. Sic vere rectus. t innocens nō bene potest cū iniusticia cōuenire. nec iniquitati aut malicie p̄sentire. dicēs illud p̄s. Non p̄ponebā ante oculos meos rem iniustam: faciētes p̄uaricationes odiui.

Tercio vero dico. q̄ iniusticia a viro pestilente solet exerceri: quia scz viri impij et pestilentes iniusticiā diligunt: et eam exercent faciunt atq; colunt. Pō. Dixit iniustus vt nō delinquat in semetipo: non est timor dei ante oculos eius. Isti ēm sectantur iniusticiā ipsam mentaliter machinādo. Ipsam verbaliter p̄dicando. Ipsam realiter fabricando. Nam p̄certo impij iniusticiam mētaliter machinant. p̄s. Tota die iniusticiam cogitauit lingua tua: sicut nouacula acuta fecisti dolum. Et illud iniusta cogitatio eorum. Itez ipam verbaliter p̄testantur. Pō. Effabuntur et loquentur iniq̄tatē: loquētur omnes qui operant iniusticiā. Itē ipsaz realiter operantur. vt sic dicat innocēs illud Exodi. v. Iniuste agit contra me. Unde Sopb. iij. dicitur Principes eius in medio eius quasi leones rugientes. Judices ei⁹ lupi vesptini. Prophete eius vesani. Sacerdotes eius polluerunt sanctum. iniuste egerūt contra legem. Et si vis compara iniustos principes. t iudices leonib⁹ atq; lupis ⁊c. In iusticia ergo a viro pestilēte solet exerceri. Quarto vero dico q̄ iniusticia a summo p̄sidente scz a deo solet submoueri. Deus ēm iniusticiam abhorret et odit. Deutero. xxv. Abhominatur ēm dñs omnem qui facit boc: et auersatur omnem iniusticiam. Et eam finaliter persequitur atq; punit: quia scz isti puniūtur tormento temporali. Excludūtur a vi'u factali. Includūtur in pena infernali. Puniūtur dico temporaliter. Unde Sapiētie. xvj. Creatura ēm tibi factori deseruiens exardescit in tormentū aduersus iniustos Quia revera: sicut Sapi. j. dicitur Iniusticia mortis ē acq̄sitio. Unde in p̄s. dicitur. Iniusti disperibunt simul et reliq̄e eoz interibunt. Item excludūtur facialiter a visione diuina. Unde et deo dr illud Pō. Neq; habitabit iurta te malignus: neq; p̄manebūt iniusti ante oculos tuos. Itē includūtur infernaliter scz in tormētis: quia scz sicut dicit in p̄s. Virum iniustum mala capiēt in interitu. Transeo bre, uiter de iniusticia. quia satis faciam infra de Justicia ⁊c.

Inniti. Nota q̄ inniti idem ē quod incūbere. apodiare: insistere vel firmare. Et dic moraliter q̄ eiri innixio qua homo innititur deo per fidē in ipm credendo. per charitatem ipm diligendo. Unde de anima sancta dicit Canti. viij. Que est ista que ascēdit de deserto delitijs affluens innixa super dilectum. Vinea ēm. t cucurbita debilis sunt nature: t ideo necesse est q̄ alicui rei solide innitatur sic ⁊c. Et ideo fatui sunt illi qui non deo sed mūdo: nō dei sapientie sed propie prudentie: nō dei sanctis sed mūdi amicis innituntur. De quibus dicitur Prouer. iij. Ne innitaris prudentie tue. Et Esaie. xxxvj. dicitur. q̄ si innixus fuerit super baculū arundineū egypti confringetur ⁊c. Et Job. viij. dicitur. Innitetur super domū suā. t tulciet eam. t non stabit ⁊c. Omitto: quia non sunt auctoritates.

Innocentia. Secundū Tullium libro de officijs. Innocentia est puritas animi omnē illationē iniurie abhorrens. Augustinus etiā dicit. q̄ illa est vera innocentia que nec inimico nocet. Dicitur ergo innocentia quasi non nocentia. Innocentis ēm est nemini nocere: sicut hominis benefici est omnes adiuuare. Ista est igit virtus que homini naturaliter est insita. t sibi singulariter cōmēdata. De iure ēm nature homo alteri facere nō debet quod sibi fieri nō vellet. sicut dr Thobie. iij. Quod tibi oderis fieri vide ne alteri facias. Et ideo q̄ nullus vellet sibi iniuriā inferri. bene sequitur q̄ ipaz nulli debet inferre. Habeamus igit innocentiam. quia sicut dicit Plinius. Leo pueris innocētibus solet parcere. t ipsos non ledere nec nocere. Sic vere christus pueros. t innocētes non ledit sed liberabit. t ipsos in paradisum introducet. t saluabit. Fluuius ēm. t riuus purus. t limpidus. t fe abus impmixtus est grosior. Omnis etiā bestia q̄diu est iuuenis. t innocēs est naturaliter amicabilior. Sic vere homo dum in innocētia pseuerat. est deo. t angelis amabilior. t acceptior. Ad bene figuratū est in domino Matt. xviij. Ubi ipse vidit paruulū. t aduocans eū statuit eū in medio dicens. q̄ qui se non bumiliauerit sicut paruulus iste. non intrabit in regnum celoz. Super quo dicit Hieronym⁹ q̄ sicut paruulus non perseuerat in iracundia. Iesus non meminit. Videns mulierem non delectat. non aliud cogitat non aliud loquit. Sic inquit nisi talem habueritis innocētiam non intrabitis in regnū dei. Regnum ēm dei non per violentiam acquiritur. sed per innocentiam possidet. Unde in psalmis querit Dauid. Quis ascendet in mentē domini. aut quis stabit in loco sancto eius? Et respōdet. Innocens manibus. t mūdo corde. qui non iurauit in dolo p̄ximo suo. In quibus verbis ostenditur q̄ triplex innocentia requirit ad hō q̄ in celū p̄ innocētiā ascēdat. Requirit ēm

Innocentia realis. Pueri ēm. t simplices innocenter solent operari. Ideo dicit Innocēs manib⁹. Innocenter solēt meditari. Jō dicunt. Mundo corde. Innocēter solent protestari: qa nō iurāt in dolo p̄primo suo

Innocentia mentalis.
Innocentia verbalis.
Debet ēm esse innocentia.
In reali operatione.
In mentali cogitatione.
In verbali p̄locutione.

Primo ergo dico q̄ nos debemus habere innocentem operationem. Manibus inquit. Per innocentiam enim manuum intelligitur innocentia operum. quia scilicet manibus operamur. Sicut enim animalia innocentia. t mitia habent pedes. t vngues loco manuum. quibus vtuntur planas. t rectas non acutas curuas. t pungitiuas. sicut patet de ouibus et de bobus. Sic vere homines simplices et innocentes habent opera plana: innocentia: iusta et recta. non fallacia seu curua. nec alioq; lesiua vel pungitiua. Innocens inquit manibus. Unde de talib⁹ dicitur. Job. xvij. Saluabitur inquit innocens. Saluabitur autem in mundicia manuum suarum. Sed heu prochdolor charissimi: videtur bodie q̄ talis innocentia non sit in manibus plurimorum: quia vere multi sunt bodie qui non possunt dici animalia inocētia sed nocētia. nō mitia sed crudelia. nō nō benigna. s. isana. nō simplicia. s. ifamia. t isti sūt inter ceteros vsurarij. t auari. raptores. t eractores crudeles. t infideles. Tales ēm vō sūt inocētes. s. poti⁹ in coētib⁹ sunt no

centes.similes leonibus ⁊ lupis qui animalibus innocentibus sunt crudeles.ꝙrũq; sanguine viuũt.⁊ in eoꝝ occisionibus se delectãt.Sic vere charissimi multi sunt ita lupini.leonini.crudeles ⁊ iniqui.q; omnibus simplicibus ⁊ innocentibus sunt crudeles.⁊ per rapinam vsuram ⁊ exactionem eis omnibus sunt nocẽtes.⁊ eoꝝ sanguine.i.eoꝝ temporali substantia sunt viuentes. Unde de istis potest intelligi illud ps. Effuderunt sanguinẽ innocentẽ in circuitu hierusalẽ.⁊ non erat qui sepeliret.Et Esa.j.dicit.Manus vestre sanguie plene sunt. Istud maxime apparet in iniquis iudicibus ⁊ balliuis quibus dr̃ Dañ.xiij. Innocẽtem ⁊ iustum nõ interficies.Non sic charissimi non. Non habeamus opera nocentia ⁊ innocentia. Quia sicut dicit Prouer.xiij.Justicia custodit innocẽtis viam.vnde Job iij.dr̃.Recordare obsecro. quis vnq; innocẽs periit.q.d. nullus.Quia procerto semp innocẽtia ꝓualet atq; vincit. Et q̃uis aliquotiẽs grauiter tribulet.in fine tamẽ saluat ⁊ liberat.Exemplo Ioseph qui innocens venditus ⁊ in lacum missus fuit. finaliter tamẽ liberatus ⁊ princeps totꝰ regni egipti factus.vnde Numeri.xxv.Liberabitur innocens de vltoris manu. Secũdo dico.q; nos debemꝰ habere innocentem meditationẽ.mũdo corde inquit.Aqua fons puro nõ emanat nisi mũdus ⁊ purus riuulus. quia etiã corpus solis valde ẽ purũ ⁊ mũdũ.ideo ab ipo nõ solet nisi purus radius emanare.Sic vere illi q̃ bñt cor innocens ⁊ mũdũ.⁊ per peccata ⁊ vicia nõ corruptũ. nec p malicią deprauatũ.semp solẽt mũdas ⁊ innocentes cogitationes effluere.⁊ tam de se q̃ de alijs innocẽter ⁊ simpliciter cogitare.Mundo corde inquit.Sicut eĩ dicit.ij. retborice. Pueri sua innocẽtia alios mensurant.q.s. pueri q̃ adhuc pauca viderũt.⁊ malicias hoim adhuc nõ sunt experti. nescĩũt iudicare de alijs nisi ꝑm q; ipi iudicãt de seipis. Pueri ergo quia innocentes sunt.innocẽtes alios credũt ⁊ vicia que in seipis nõ sentiũt.esse in alijs non attendũt. qd̃ totũ facit mũdicia cordis.De quo dicit in ps. Peram bulabam in innocentia cordis mei in medio domus mee. Tales ꝓcerto non sunt multi boies corrupti:qui.s.de alijs neq̃ũt bona cogitare: imo q̃ factis alioꝝ q̃q̃ bona itẽtiõe fiãt nesciũt nisi pessima iudicare.Oculꝰ oĩs turbidus et infirmꝰ videt circulũ turbidũ in candela.qd̃ tñ nõ accidit ratione candele ⁊ ratione oculi infirmãtis:qz scz ille circulus est viciũ oculi non cãdele.Frenetici etiã imagines in parietibꝰ esse credũt:q̃uis pictes nõ sunt picti:fantasias.n. que in suis capitibꝰ abundant interiꝰ.credũt esse in locis circũiacẽtibus exteriꝰ.Sic vere charissimi iniqui imaginatores et exploratores solẽt de alijs estimare nõ ꝑm rei veritatem ⁊ ꝑm sue praue cõditiõis cõformitatẽ.Esse eĩ in alijs figuras ⁊ imaginatiões.id ẽ vicia et peccata estimãt: quas esse in seipis nõ dubitãt. Isti ergo sunt sicut fatui iudices q̃ sine oi cognitione de alijs iudicare ꝓsumũt:nõ attẽdentes illud Matb.vij.Nolite iudicare ⁊ nõ iudicabimini.Super quo dicit Aug.in libro de verbis dñi.q; de factis mediis q̃ bono ⁊ malo aĩo possunt agi:temerariũ estimo iudicare et maxime cõdemnãdo.Non sic ergo ⁊ sis innocens:qz vere iste de oibus habet innocentẽ meditationẽ.Mũdo corde inquit. Tercio dico q; nos debemꝰ bẽ innocẽtem ꝓlocutionẽ.Innocẽter eĩ pure ⁊ simpliciter debemꝰ loq̃ nõ falsiter vel dolose.Nõ iurauit inq̃t in dolo ꝓximo suo.Nostra eĩ auiũ innocẽtiũ et maxime fluuialiũ plana sunt atq; recta.sicut patet in anserib⁹ ⁊ anetis:cuiꝰ tamẽ cõtrariũ in auibus ꝑdalibꝰ inueniẽ.Sic vero nostra ⁊ ora auiũ.i.psonarũ simpliciũ ⁊ innocẽtiũ sunt plana p innocentiã ⁊ simplicitatẽ ⁊ recta per certitudinis veritatẽ.Isti eĩ sunt qui nõ iurãt in dolo ꝓximo suo.Juxta illud ps.Prohibe linguã tuaz a malo:et labia tua ne loquãtur dolũ.Un̄ de tali verbali innocẽtia dr̃ Josue.ij.Innoxij erimꝰ a iuramẽto.De multis tamen dr̃ hodie illud ps.Verba oris eiꝰ iniq̃tas ⁊ dolꝰ:noluit intelligere vt bene ageret.Sz de hoc vide infra de loqui innocẽs eĩ nescit loq̃ dolose.Nũq; eĩ dicit aliquid ore nisi quod sentit i corde:et exinde cognoscit sua innocetia:sicut mũdicia pocri noscit in ligua.Lingua eĩ nũcia est cordis. qz scz ex abũdãtia cordis os loquit.Habeamus igit inocẽtem prolocutionẽ.De laudibus igit innocẽtie pulcre loquitur Crisꝰ.in quadã omelia dicens sic.Gaude o innocentia ⁊ exulta:gaude inquã quia vbiq; illesa es:vbiq; secura. si temptaris ꝓficis:si humiliaberis erigeris:si pugnas vicis si occideris coronaris.Tu inquã in seruitute libera es: in periculo tuta es: in custodia lete:tibi oĩs reatus subiacẽt tibi oĩs malicia subiugat:te potentes honorant:tuscipiunt principes: magnates exquirũt: etiam illi qui nunq̃ te desiderant:qui expugnant.Tibi boni parent:mali inuidẽt zelant emuli:inimici succumbũt.Nec vnq̃ poteris victrix nõ esse:etiã si inter homines defuerit iustus iudex.Istam auctoritatem posses per diuersas partes diuidere:⁊ singulas partes mẽbris singulis applicare.Habenda est igitur innocentia manualis.Innocentia cordis alis.Innocentia verbalis. Si aũtvis aliquid plenius de inocẽtia ꝓtractare.Dic q; ꝑm Tullij innocentia est virtus animi omnẽ illationẽ iniurie abhorrens.Augustinus etiam sup ps.dicit. Qz vera innocentia est que nec inimico nocet.Notare ergo possumus q; inscriptura inuenitur.

Innocentia victa.
Innocentia ficta.
Innocentia picta seu facta.

Innocentia victa est illa quã habent illi qui sunt in nocentes ꝓpterea q; nõ possunt nocere:sicut sunt mali pauperes ⁊ depressi: qui libenter nocerẽt si possent.Et ista innocẽtia est sine merito: quia scz ista nõ meretur gratiam saluatoris.sed potius miseriam atq; penaz.Hiere.xlvj.Castigabo te in iudicio:nec quasi innocẽti parcam tibi. Item innocẽtia ficta est innocentia ypocritarum.qui scz fingũt se innocẽtes⁊ simplices cum tamẽ sint malicioſi ⁊ duplices.Et ista etiam nõ est vera innocentia.nec merẽt dei misericordiam sed tormẽtuz Unde Hieremie.xlix.Ecce quibus nõ erat iudicium vt biberent calicem:bibentes bibẽt.et tu quasi innocens relinqueris:non eris innocens bibens sed bibes. Item est innocentia picta id est gratijs ⁊ virtutibus insignita. Et ista est innocentia simpliciũ ⁊ iustorum.que scilicet habet puritatem ⁊ sanctitatem immixtam.quia scilicet sicut stelle create sunt de materia purissima. cõtrarietatem qualitatum seu cõtroversiam nõ habẽte.et ideo in se perseverãt et durant.quo ad alios vero influũt rutilant et choruscãt. Sic vere innocẽtes qui scilicet in comparatione mentis sue nihil habent duplicitatis aut cõtroversie:falsitatis seu malicie cuiusq; in bono perseverant et durant:et virtutibus rutilant ⁊ choruscãt⁊ alios illuminãt ⁊ illustrãt. Perseverãt dico scilicet sine peccati corruptione dicentes illud Job. xxvij.Donec deficiam nõ recedã ab innocẽtia mea:⁊ iustificationem meam quam cepi tenere nõ deseram.Splẽdẽt etiam ⁊ choruscãt sanctitate⁊ perfectione ps. Nõ priuabit scilicet deus bonis eos qui ambulãt in innocẽtia domine deus virtutum. beatus homo qui sperat in te.Et Hebre.vij.Talis decebat vt nobis esset põtifex:sanctus innocẽs: impollutus.segregatus a peccatoribus.⁊ excelsior celis factus.Illuminãt etiam ⁊ illustrãt scilicet alios doctrinali predicatiõe.⁊ exemplari cõuersatione.Unde de Dauid innocẽte dicitur in ps. Qz ipse pauit eos scilicet verbo et exemplo in innocẽtia cordis sui⁊ i intellectibus manuum suarum deduxit illos.Et bene dicit i intellectibus.quia procerto innocẽtes sunt illi quibus deus magis communicat donum intellectus ⁊ sapiẽtie ⁊ eloquẽtie sacramẽtum. Un̄ Seneca i epistola ad Paulũ ait.Qz vero de ipso paulo dixerat.Mirari cũ posse qualiter homo qui nõ legittime imbutus sic taliter sentiat.Cui ego respõdi dixit Sene.Solere deos ore innocẽtium fari.Breuiter notabo q; innocẽs.

Summe veritati beret stabilius.
Seeum colloquẽti credit humilius.
Secũ quersantes mutat in melius.
Falsa machinãtes vincit virilius.
Tribulationes suffert facili⁹.
Cõsolatiões habet fertilius.

Dico ergo q; innocẽs summe veritati beret stabilius.Cõstat eĩ q; similia stabili⁹ iũgunt ⁊ berẽt.Et iõ cũ xps sit innocẽs⁊ pur⁹:bene sequit̃ q; innocẽtes stabili⁹ sibi berẽt.s. p glutinũ charitatis.Exẽplo pueri innocẽtis q̃ vidẽs in speculo faciẽ suã:⁊ credẽs cẽ aliũ puez ipm osculat̃:⁊ diligit:⁊ pozigit sibi panẽ.Sic vere innocẽs qñ videt imaginẽ⁊ similitudinẽ innocẽtie sue in speculo eterno qd̃ est dr̃ solet ipm osculari ⁊ sibi adherere p charitatẽ:panẽ sue tpalis substãtie ipsius ipsius expẽdere ⁊ se eiꝰ seruitio dedicare ⁊ sibi dulciter adherere.vt sic dicat dñs illud ps.Innocentes ⁊ recti adbe-

serũt mihi. Et alibi. Ambulans in via imaculata hic mihi ministrabat. Igit innocẽs sume vitati beret stabili⁹. Itẽ in nocẽs sibi colloq̃nti credit būili⁹. Ram⁹ cñ q̃nto gracilior tãto facili⁹ torq̃t. z ad partẽ quã volueris facili⁹ inclinat. Sicve ille q̃ ẽ gãlis innocẽs atq; vulq̃ solet suggestõni alio rũ faciliter credẽ. z se ad credendũ qđ dicit z ad concedẽ dũ qđ petit faciliter inclinare. vñ de facili credulitate innocentiũ dr Prouer. xiiij. Innocens credit omni vbo. Quia sicut dicit Hiero. sup Mat. xviij. ibi. Quicũq; būiliauerit se sicut paruulus iste ⁊c. Sicut paruulus non pseuerat in iracũdia. Iesus non meminit. nõ aliud cogitat z aliud loq̃tur. sic nisi talem babueritis innocentie puritatẽ regnum dei intrare nequibitis. De innocentiũ vo facili liberalitate dr Job. xxvij. Innocens argentũ diuidet. Scit cñ q; sicut dicitur Prouer. xxviij. Qui festinat ditari non erit innocens. Et ideo innocens magis sua studet erogare q̃ alienа lucrari. vnde Augu. super ps. xxxviij. Vera inquit innocentia est vbi ẽ integritas sine peccato. redditio sine debito. flagellum sine merito ⁊c. Patet ergo q; innocens sibi colloquenti credit humili⁹ seu q; a se petenti dabit liberalias. Item innocens secũ conuersantes in meli⁹ mutat. Sicut cñ res pura non maculat contingentem. ꝯ eũ purificat z mũdat. sicut patet in aqua munda vel panno. sic persona innocens se cõtingentes z secum cõuersantes non solũ nõ inficere. ꝯ purgare z sanctos z innocentes facere non cessat. ps. Cum sancto sanctus eris. z cũ viro innocente innocẽs eris. Ideo quilibet ecclesiasticus cui maxime est necessaria innocentia. dicere debet illud ps. Lauabo inter innocentes manus meas. z circũdabo altare tuũ domine. Ut audiã vocem laudis ⁊c. Vide infra de societate. Item innocens falsa machinantes vincit virili⁹. Innocentia cñ solet finaliter falsitatem z maliciã vincere. z machinationũ nequitiã supare. Similis cñ videt innocẽtia lapidi saphyro. qui ẽ lapidariũ z Dyascoridem venenis resistit. tremorem cordis tollit. se portantẽ victorem facit. z vinctum de carcere soluit. obductaq; foues z vincula tacta dirumpit. Sic vo innocẽtia veneno malicie solet obuiare. tremorẽ cordis. i. dubitatõem z metũ solet tpare cãs et cõtrouersias facit supare. z de carceribus z ãgustijs solet eripe z saluare. Sic ei dr puer. xiij. Justicia custodit innocẽtẽ viã. Innocẽtia ei audaciã generat: timorẽ tpat a morte liberat. Audaciã dico generat. vñ cũ a q̃dã sapiẽte sct petit q̃daz rex q̃d esset in micissimũ boi. Rñdit. Alẽ bõ. Itẽ petijt q̃d esset illud qđ nõ pmitteret boiem fieri lassuz Rñdit. lucrũ. Itez petijt q̃d esset illud quod magis faceret boiem audacẽ et letũ. Rñdit innocẽtia. Quia reuera: in q̃cũq; tormẽto vel piculo. et in cuiuscũq; falsе accusatiõis articulo innocẽtia est illud qđ audacius facit pugnare letius viuere z fortiꝰ z virilius triũphare. Audacius dico pugnare. Unde Job. xvij. Innocẽs cõtra ypocritã suscitabit: et tenebit iust⁹ viã suã. et mũdis manibus addit fortitudinem Seneca etiã in puer. dicit. q; in malis spare bonũ nisi innocens nemo põt. Letius etiaz viuere: qz scz nihil ita letificat cor sincez sicut innocẽtia. Unde Hiero. ad demetriadẽ dicit. q; innocẽs inter ipa tormẽta fruit securitate: z cuz penam metuat de innocẽtia gloriat. Virili⁹ etiã triũphare: qz pro certo innocẽtes adiuuat. scz innocẽtiã z victoriã eis donat z de manib⁹ inimicoꝝ liberat atq; saluat. Job. xxij. Saluabit innocẽs: saluabit autẽ imũdicia manuũ suarum. Numeri. xxxv. Liberabit innocẽs de vltoris manu. Igitur innocẽs falsa machinãtes vincit virili⁹. Itẽ innocẽs tribulatiões suffert facilius. quia pculdubio bodie innocẽtes et iusti sunt illi q̃ magis sunt obnoxij et expositi miserijs z erũnis. Unde puer. xxij. Innocẽs pertrãsiit z afflictus est. Et Eccl. iij. Vidi inquit culũnias q̃ sub sole gerũtur: z lachrymas innocẽtiũ z cõsolatorẽ neminẽ. Itẽ innocẽs cõsolationes babet fertilius: qz scz innocẽs finaliter nõ perit tormentis infernalib⁹. Juxta illud pdictũ Job. iij. Recordare obsecro q̃s vnq; innocẽs perijt: aut q̃n recti deleti sunt. q. d. nunq̃. immo saluant et gaudent solatijs supnalibus. ps. Quis ascẽdet in montẽ dñi: aut q̃s stabit in monte sancto ei⁹. Innocẽs manib⁹ z mundo corde ⁊c. Sequit. Hic accipiet benedictionẽ a dño: et misericordiã a deo salutari suo. Et sic patet quot bona facit innocẽtia. Aduerte tamẽ q; pauciſſimi babent innocẽtiam. quia z si in illis que objiciunt̃ sit homo innocẽs. in alijs tamẽ babet quo iram dei meruit z est nocens. ita q; z si sine causa patit̃ q̃ctum ad ꝺ que apparẽt. nõ tamẽ iniuste patit̃ q̃ctum ad alia que forte cõmisit. z q̃ctum ad dei iudicia que nos latent. Nemo cñ ꝓprie se potest dicere innocentem cũ omnis humana natura pluribus obnoxia sit peccatis Job. ix. Si iustificare me voluero os meum cõdemnabit me. si innocentẽ ostendere prauũ me cõprobabit etiã si simplex fuero hoc ipm ignorabit anima mea. Ista ergo de innocentia sufficiant ⁊c.

Inopia. Inops. Nota q; inopia paupertas: inedia: egestas videnit idem sonare z significare. Ops aũt z opulentia dicũtur ab ope. Ops aũt dicit fuisse vxor saturni. que a saturãdo fingit̃ dicta a poetis. ad denotandũ dum saturitas terrenoꝝ opem ferat mortalibus vniuersis. inquantuz opes z opulentiam eis prestat. Dicit̃ ergo ꝓprie inopia idem q; opum defectus z carentia. Et inde est q; sicut tria genera opum seu diuitiaruz inueniunt̃. s. temporales spũales z eternales. Sic econtrario tria genera inopie reperiuntur vicz.

Tpalis que terrenis caret subsidijs.
Spũalis que virtutũ caret diuitijs.
Infernalis que supnis caret solatijs.

Et sic dico q; sunt

Quidã qui priuant̃ opibus optimis.
Quidã qui fedant̃ moꝛib⁹ virulentis.
Quidã qui locant̃ domibus feculẽtis.

Primi pternũt̃ p fortũe gñe cauterijs.
Scdi grauant̃ p culpaꝝ vile collirijs.
Tercij dãnant̃ ad iferni triste suspirijs.

Prima est inopia pauperũ miseroꝝ.
Scda est inopia boim peccatoꝝ.
Tertia est inopia vilium damnatoꝝ.

Dicam ergo primo q; est quedã inopia que gazarum caret subsidijs. Et ista est illa quam in mundo sustinẽt pauperes z mẽdici: q̃ scz indigẽt necessarijs huius vite z sic inopes quasi sine opib⁹ appliant̃. Sicut ei in terra sunt alique partes pingues z fructibus opulente: alique vero steriles infructuose z sicce. Quod fit propterea q; non in equali gradu posite sunt. immo vt communiter partes terre pinguiores sunt inferiores z a celo remotiores: patet in vallibus. ptes vero sterliores sunt celo ꝓpinquiores mũdiores z saniores. sicut patet in montib⁹. Sic vere dico q; nõ solũ in statu fortune est dare boies pingues diuites fructiferos: immo etiã boies tenues z siccos: steriles: inopes z mendicos. Et pculdubio isti celo z deo p gratiam z affectionẽ p ceteris sunt ꝓpinqui: z magis a peccato mundi z puri. z sursum ab bona eterna amplius eleuati ps. Suscitans a terra inopem. z de stercore erigens pauperem. Fructuosi vero z diuites vt cõiter magis a deo et celestibus sunt remoti p peccatum: z amplius lutosi et immundi. Alique cñ sunt terre in quib⁹ nunq̃ pluit: sicut est egyptus que scz est arenosa et sterilis quantũ est de se: de⁹ tñ nefectum pluuie solet supplere z fluuium nyli z pbisos quivenit de paradiso facit annuatim sup illam terram aridam redũdare. z sic solet eã quasi diuinitus irrigare z multis fructibus fecundare. Quia reuera dato q; inopes careant pluuia. i. opulentia terrenoꝝ. et q; fortuna ipsis deneget bona sua: deus tñ ipsoꝝ nõ obliuiscitur: immo fluuio paradisi. i. gratia celesti ipsos irrigat z cõsolatur: ita q; bonis celestibus spũalib⁹ z eternis finaliter cumulant̃. Sicut cñ in ps. dicit̃. Deus adiuuit pauperem de inopia: et posuit sicut oues familias. Et nota si vis de inopibus q;

Istos mali ledunt et sincopant.
Isti deum laudãt et nuncupant.
Hij deũ et virtutes querũt et anticipãt.
Isti celum tenent et occupant.

Dico igitur q; istos inopes solent mali turpiter grauare: q; reuera tyrãni magis solẽt exercere vires cõtra inopes et impotẽtes et sibi resistere nõ valẽtes q̃ cõtra alios. Silẽs lupis q̃. s. magis infestãt oues et bestias miserabiles q̃ noctuas Ezec. xxij. Sicut leo rugiẽs rapiẽsq; pdã alias deuorauerũt. opes et pcũ acceperũt. Et in ps. dr. de tyrãno. q; pfecut⁹ est boiem innocẽtẽ et cõpũctũ corde mortificare. Figura. j. Re. xv. vbi dr q; saul et pplis pepcit pinguioꝝ⁹ amalech: q̃cqđ aũt vile et reprobũ fuit demoliti sũt qz pcerto mali z potissime iudices z pfecti: solẽt pinguioꝝ⁹ z ditioꝝ⁹ pcereviles vocat reprobos. i. opes q̃s reprobauit fortũa solẽt ꝫ iustitiã pculcare: qz reuera isti psequunt̃ opes ipsos

fraudando ⁊ decipiendo. ps. Gladiū euaginauerūt pecca
tores. intenderūt arcū suū. vt decipiāt pauperē ⁊ inopem
Item ipos mordendo ⁊ decipiendo. ꝓuerb. xxx. Genera-
tio q̄ ꝑ dentibus gladios habet vt comedat inopes de ter
ra ⁊ paupes ex hominibus. Item ipos sperneudo ⁊ nō suc
currendo. vt ⁊ ipis impijs diuitibus dirigant inopes ver
bū. ps. Quare faciem tuam auertis. obliuiscēris inopie et
tribulationis nostre. Et reuera diuites nūq̄ deberent pau
perū obliuisci. ꝙ eis potius misereri. Ad hoc. n. sibi diuitie
dant. vt per eas inopib⁹ succurrat. ⁊ vicenersa occasione
paupes ipis celestis gloria ⁊ peccatoꝝ venia concedat. ij.
Coꝝ. viij. Vestra abundantia illoꝝ inopiā suppleat in p̄
senti. vt ⁊ illoꝝ abundantia vestre inopie sit supplementū
⁊ fiat equalitas. Et hoc ē qđ admonet sapiēs Eccli. iij. vbi
dicit sic. Etiam esurientē ne despexeris. ⁊ ne exasperes ho
minē i inopia sua. coꝝ inopis ne afflixeris. ⁊ ne protrabas
datū angustianti. sicut faciebat illa de qua dr ꝓuer. xxxj.
Manū suā aperuit inopi. ⁊ palmas suas extendit ad pau
peres. Et merito inopes nō debent exasperari nec grauā
ri. ꝙ potius adiuuari. qz ꝑcerto deus ipis finaliter misere
tur. ⁊ eoꝝ iniurias vindicat ⁊ ꝓsequit. ipos defendit libe
rat ⁊ tuet. Solet em̄ inopes fouere ⁊ recipe. ps. Propter
miserias inopū ⁊ gemitū paupeꝝ nunc exurgā dicit domi
nus. ponam in salutari ⁊c. Item solet xp̄s inopes saluare
⁊ eripere. ps. Eripiens inopem de manu fortioꝝ eius ⁊c.
Item solet xp̄s iniasores damnare ⁊ diripere ps. Cogno
ui qz faciet dn̄s iudiciū inopis ⁊ vindictā paupeꝝ. Breui
ter ergo dico q̄ istos inopes solent mali nequiter grauare

Item viri inopes solent deū dulciter laudare. Inopia
em̄ infortuniū ⁊ tribulatio sunt q̄dā repcussiones et q̄da3
impedimēta q̄ bō in istis tpalibus non inueniat requiem
aut q̄etem. ⁊ q̄ cōpulsus ad deū redeat. ip̄m q; laudet ma
gnificet ⁊ req̄rat. Iuxta illud ps. Imple facies eoꝝ igno
minia. ⁊ q̄rent nomē tuū dne. qz sicut pila contra duꝝ mu
rū ꝓiecta repcutit. sic voluntas ad murū. i. ad grossa ⁊ ru
dia tpalia ꝑ desideria impleta. q̄n per infortuniū repcutit
⁊ reiect. nec ibi pādere ꝓmittit. constat q̄ exinde resilit. ⁊
supra ad deum laudandum et magnificādum euolare cō
pellit. Figura Gen. viij. De colūba egrediente de archa. q̄
non inueniens vbi requiesceret pes eius quasi cōpulsa re
dijt ad noe in archam. Sic vere homo quando a deo exi
ens ⁊ archam diuine gratie dimittens: ⁊ exteri⁹ ad mundi
gaudia ⁊ negocia se emittens solet intentione sua fraudari
⁊ non inuenit requiem vbi spauerat inuenire. et tunc quasi
compellit ad Noe. id est ad deum reuenire. archam. id est
seueritatē status gratie contra diluuium introire. et deum
amare requirere et laudare. Inopia enim id est exterior in
fortunitas facit homini tria bona. videlicet.

Unum priuatiue. Priuatiue dico. Et istud ē quia ho
Aliud positiue. mo qui in ꝓsperitate penitus pec-
Et aliud cōdusiue. caret. supbiret scilicet luxuriaret et
contenderet. aduenīente inopia a talibus impedit. et sic ta
lis inopia et si ad meritū non adiuuat. peccati tamen euasi
onem ꝑcurat. Eccle. xx. Est qui vetat peccare p̄ iopia. Po
sitiue etiā quia scilicet homo ex talibus compellit ad deum
recurrere et ipsum laudare. timere et honorare. ps. Paup
⁊ inops laudabunt nomē tuū. Conclusiue insup. qz scilicet
eoipso q̄ aliquis est inops et paup concludit q̄ deus tene
tur ipsum exaudire ⁊ ipsum dirigere et fouere. ps. Inclina
domine aurē tuā ⁊ exaudi me: q̄nia iops et paup sum ego
Custodi aiam meā quoniā sanctus sum. saluum fac dne
seruū tuū sperantē in te. Inopes igit solent deū dulciter
laudare Item dico q̄ inopes solent deū velle ⁊ optare:
dicentes. scz illud. ps. Oculi mei languerūt pre inopia. da
mihi ad te dne. expādi ad te manus meas supple optādo
spūalia non terrena. Item dico q̄ inopes solent celū in
fine captare. hoc est deum possidere vel occupare. Vapor
em̄ quāto purior et leuior: et quāto omni materie terestri i
permixtior. tāto ascendit altius et fit superior ⁊ sublimior.
Sic de inopib⁹ qui omni terrestri et grossa terrenoꝝ mate
ria carent. constat q̄ finaliter sursum ad celū ascendunt. et
inferiora exeunt et dimittunt et ad salutē eternam ⁊ gau
dia paradisi transcendunt. vnde de eo dicitur in ps. Parcet
pauperi et inopi. ⁊ animas paperū saluas faciet. Sequit

Redimet inquit aias eoꝝ. ⁊ honorabile nomē coꝝ coram
ipso. Patz ergo quō illi qui tpaliter sunt inopes celū occu
pant. deū ⁊ virtutes anticipāt: deū laudāt: sub malis dan
dicāt. Et sic ptz primū principale: vz. q̄ est q̄dam inopia q̄
gazarū caret subsidijs. Scdo principaliter dico q̄ est q̄-
dam iopia que virtutū caret diuitijs. Et illa nihil aliud est
q̄ peccatū. qđ nihil aliud est q̄ carētia gratie ⁊ virtutis. Et
sic peccator dr inops: qz spūalibus bonis caret. Et de hac
dr. Eccl. xl. In ore imprudētis cōculcabit inopia. Et. xxvij
Propter inopiā multi deliquerūt. Et illō Prouer. vj Qui
aūt adulter est ꝓpter cordis inopiā ꝑdet aiam suā. Inopia
em̄. i. gre carētia: est illud a quo ort peccati nequicia ⁊ ma
licia: qz reuera deū timētes ⁊ in eius gratia viuētes. tali in
opia nō grauantur: nec peccati iniuria molestant p̄. Nō
est in opia timētib⁹ eum. Ista est inopia q̄ virtutū caret di
uitijs. Tertio principaliter dico q̄ est inopia q̄ celoꝝ ca
ret solatijs. Et ista est inopia inferni: qz scz illa est tanta q̄
oīs rerum abūdātia nihil reputat quinimo quāto in mū
do p̄cessit maior rerum abūdātia: tāto (nisi bn̄ vtamur ea
dem) sequit maior inopia ⁊ penuria. figurata in inopia vi
ctualium q̄ ꝓtingit tpe ioseph: de qua dr Gen. xlj. q̄ vberta
tis magnitudinez ꝑditura esset inopie magnitudo ⁊c. Un̄
diabolus figurari potuit in illo iepte: de quo dr Judic. xj.
Et cōgregati sunt ad eum viri inopes ⁊ latrocinātes. qz. s.
viri inopes. i. oīnib⁹ bonis carētes ad dyabolū in inferno
cōgregant: ⁊ cum eo ꝑpetuo cōmorant Job. xxvij. Apprę
hēdet eum. s. damnatū q̄si aqua inopia. Un̄ differētia po
nit inter opes tpales ⁊ spūales: qz scz opes spūales q̄ sūt
gratia ⁊ virtutes ducūt hoiem ad opes ⁊ gliam supnalem
Opes aūt tpales ducūt hoiem nō ad opes: sed ad iopias
infernales. Un̄ Eccl. iij. dr Oz interdū de catbenis ⁊ carce
re egredit quis ad regnū: ⁊ alius natus in regno inopia co
sumit. Et sic patet q̄ est inopia. Eternalis. Spūalis. ⁊ Tē
poralis. vide vbi Pauptas.

Innumerabilis. Vide vbi multitudo. Et
vbi Oēs: ⁊ silibus ⁊c.

Inquinare. Cum inq̄nare nihil aliud sit q̄ fe
dare. bn̄ videt q̄ inq̄namentū ni
hil sit aliud moraliter loquēdo q̄ peccatū. Peccatū em̄ est
illud quod inq̄nat ⁊ qđ aiam maculat atq; fedat: vt deo
abhorribilē ipsam reddat. Dicat ergo aia mūda ⁊ sctā illō
Cant. v. Expoliaui me tunica mea: quō induar illa. Lauī
pedes meos quō inquinabo illos? qz reuera aia q̄n ꝑ cō
uersionē tunicā male cōuersatiōis exuit: ⁊ pedes affectio
nis ꝑ cōfessionē mūdauit ⁊ lauit: nunq̄ ꝑ recidiuū debet
amplius pcti tunicā reinduere: nec affectus cordis amplius
inq̄nare. Et nota q̄ aliq̄ sunt q̄ maculāt ⁊ inquināt q̄cq̄d
tangunt: videlicet. Fumus. Humus. Limus. Fimus.

Sic vere in moribus inquinat homo. Inquinat ergo
Per fumum supbie ⁊ pompositatis. fumus supbie ⁊
Per humum substātie ⁊ cupiditatis. vanitatis Eccl.
Per limum luxurie ⁊ carnalitatis xiij. Qui tetige-
Per fimū male amicicie ⁊ societatis. rit picē inquina-

bit ab ea: sic q̄ coicat supbo induet supbiam. Item inqui-
nat humus substātie ⁊ cupiditatis. Tpalia em̄ immunda
sunt cibaria: q̄ coinquinat ꝑ auaricia cor humanum. ij. Es
dre. viij. Polluta est terra coinquinatiōib⁹. ⁊. ij. Pe. ij. Re
fugientes coinquinatiōes mūdi. vñ de illis sanctis dicitur
j. Mach. j. q̄ elegerūt magis mori q̄ cibis coinquinari im
mundis. Item inquinat lim⁹ luxurie ⁊ carnalitatis: san
guis em̄: pinguedo: limus et viscus: ⁊ oīa talia viscosa faci
liter coinquinat cōtingētem. Sic caro carnalitas et luxu-
ria vñ. ij. Eoꝝ. vij. Mūdem⁹ nos ab iquinamētis carnis. s.
ad modū inocētium. de q̄b⁹ dicit Apocal. iij. Hij sunt qui
cū mulieribus nō sunt coiquinati. virgines em̄ sunt ⁊ sequū
tur agnum quocūq; ierit. Item inquinat fimus male ami
cicie seu corrupte societatis: sicut antiquitus figurabatur
in lege vbi tactus mortui inquinabat hoiem et immūdum
cōstituebat. vñ Baruch. iij. Quid est israel q̄ in terra ini
micorum es? inueterasti in terra aliena: coiquinatus es cū
mortuis. deputatus es cum bys qui in inferno sunt. Et
breuiter iuxta sententiam saluatoris Math. xv. Et Mar.
vij. Nō illa que in os intrāt coinquināt hoiem. scz cibaria
corporalia. ꝙ vere illa que de corde exeūt ⁊ cruinat. s. furta

homicidia ⁊c. Hec sunt inquit q̄ coīnquināt hominē. Unde de peccatoribus dicit Titu.j. Oia inquit munda mundis: inquinatis aut infidelib⁹ nihil ē mundū. ⁊ inquinate sunt eoꝝ et mēs ⁊ cōsciētia. Talia ergo inq̄nameta. scz vicia ⁊ peccata sunt mūdanda. sicut dicit Ezech.xxxvj. Mundabimini ab oībus inq̄nametis vestris. Et mento quia ꝓcerto. qui a talib⁹ inquinamētis mūdatus nō fuerit: in palatium paradisi nullāten⁹ introibit. Juxta illud qđ de sapientia dicit Sap.vij. Nihil inquinatū in illa incurrit. candor ē. est lucis eterne. Hec igit de inquinare et cōtaminare sufficiant. Vide de macula. immūdicia et cōtaminatione et silib⁹

Inquirere. Vide vbi Querere.

Insania. Insanus. Nota q̄ insan⁹ dicit quasi nō san⁹: eo scz q̄ insania mētis auferat sanitatē. Insan⁹ ergo dicit homo qñ non ē sane mētis: vtpote qñ versus est in vesaniaz vel furorē. Igitur loquēdo moraliter dico q̄ oīne peccatū dicitur insania: eo q̄ mentē būanā facit non sanam: ne sana sape vel sentire. Quia reuera: sicut insania tollit discretionē: mutat affectionē: infert afflictionē: affert ꝓditionem: tollit dico discretionē: q̄ scz insan⁹ nō discernit inter verū et falsum: quinimo vnū ꝓ alio sepe recipit. se etiā egrotare nō credit cuz grauiter infirm⁹ sit. Oculosq̄ indiscrete vertit ⁊ extēdit. caput frequēter mouet: et dentib⁹ sepe frēdet mutat etiā affectionē. q̄ scz vinum et carnes et alia nociua appetit. medicū suum mordet ⁊ odit. remedia et emplastra sibi vtilia ꝓicit et expellit. et in sonitu vinculoꝝ suoꝝ gloriatur ⁊ psallit. Infert etiā vexationē seu afflictionez. q̄ vigiliā ⁊ inquietationē facit. et licet infirm⁹ nō sentiat corpus ledit. Affert etiā ꝓditionē. scz mortem: quia scz insan⁹ cito morit nisi celeriter occurrat. Reuera talis infirmus ⁊ furibūdus est peccator. q̄ ꝓcerto postq̄ insania peccati mētem infecerit. omnē debitam discretionē bonoꝝ tollit. ⁊ verū ꝓ falso ad suggestionē dyaboli vel heretici qñq̄ sumit. Oculos intellect⁹ ⁊ mētis ꝓ opiniones fatuas circūducit. et alios cōtinendo et etiam cōminādo caput agitat. et per iram in alios sepe frendit. ⁊ in suos custodes ⁊ medicos. hoc est dictu in suos p̄dicatores ⁊ p̄latos aliquotiēs insurgit. ipososq̄ p detractiones mordit ⁊ ledit. ⁊ multos sine cā innocentes psequit ⁊ inuadit. Actu.xxvj. Jpos inquit cōpellebaz blaspbemare. ⁊ ampli⁹ insaniēs psequebar. Jste etiā nociua mundi bona appetit. vtilia vo ⁊ salutifera remedia. s. opera pnie ⁊ bona documenta refugit ⁊ cōtēnit. Infirmitatē ⁊ turpitudinē peccati sui nō credit aut sentit vincula suaꝝ malaꝝ concupiscentiaꝝ amat. ⁊ in eoꝝ sonitu. i. infamia malorꝝ actuū suoꝝ q̄q̄ gaudere ⁊ psallere cōsuevit. Vigil ⁊ inq̄etus ad mundi negocia discurrit. ⁊ licet cantet ⁊ tripudiet. i. licet in tpalibus gaudeat. tamē ad mortē eternā ꝓperat atq̄ tendit. Un̄ de insanis pcōribus dici pōt illud Sap.xiij. Insanie inquit plenas vigilias babentes. neq̄ vitā neq̄ mūdas nuptias custodiūt. ⁊ alib⁹ alū ꝓ inuidiā occidit. aut adulterās cōtristat. ⁊ oia cōmixta sunt. sanguis. bomicidiū ⁊ furtū ⁊ fictio. corruptio. infidelitas. turbatio et periurii. Seqr. Aut. n. dū letant insaniūt. aut certe vaticinant falsa. aut viuunt iniuste. aut periurant cito. Breuit igit notare possum. q̄ insan⁹ solet vana videre ⁊ somniare. Solet seda palpare et ptractare. q̄. s. i san⁹ nō abboꝝret tangere res immūdas. Solet sp sitire et estuare. Solet alta sentire atq̄ iactare. Sic ꝺe dico q̄ pcatoꝝ diuersimode solet insanire vel ꝓditōes insani b̄re.

Insanit em̄ superbus vana somniando.
Insanit mundus seda faciendo.
Insanit auarus opes sitiendo.
Insanit p̄sumptuosus alta sentiendo.

De insania em̄ superbie dicitur illi Sēnacherib iij. Reg.xix. Insaniisti in me. et superbia tua ascendit in aures meas. De insania vo luxurie dicitur Ezech.xxiij. sb figura male mulieris. Tradidi eam in manus amatoꝝ suoꝝ sup quorum insaniuit libidinem. ipi discoopuerūt ignominiā ei⁹. De insania autē auaricie potest dici illud Esa.xxiij. Maledictio vorabit terram. ideo insanient cultores eius. De insania vo p̄sumptionis et stulticie. qua. s. p̄sumptuosi vana et inepta opinantur et sentiunt. potest dici illud Actu xxvj. Insanis paule. multe lre ad insaniā te conuertūt. Et in ps. Beatus vir cui⁹ est dn̄s spes ei⁹ ⁊ nō respexit in vanitates ⁊ insanias falsas. Aduerte tū q̄ i scptura sit mētio.

De insania vera. Insania vera animus ledit. Unde
De insania ficta. iij. Videte insanias multas in me.
De insania falsa. dio samarie: ⁊ calūniam patiētes in penetrabilibus eius. Insania ficta sapiēs vtit: q̄ scz sapiens quandoq̄ simulat se esse stultū: sicut fecit dauid coraz achis ne cognosceret. j. Reg.xxj. Vidistis boiem insanum quare adduxistis eū ad me? Insania falsa iustis opponit q̄ ꝓcerto mundi peccatores ⁊ seculi sapientes sanctos viros reputant fatuos ⁊ insanos. sicut de xp̄o dicit Joh.x. Demoniū inquit babet ⁊ insanit. Et de illo filio ꝓbetaꝝ: qui missus ab belyseo vnxerat iehu in regem israel. dr. iij. Regum.ix. Dixerunt alij quidvenit insanus iste ad te. Sz vere finaliter post mortem insania ista reputabit sanitas: ⁊ iustoꝝ vita apparuit fuisse sanctitas. Sap.v. Videntes turbabunt timore borribili dicētes intra se: bij sunt quos aliquando babuimus in derisum ⁊ in similitudinē improperij nos insensati vitam illoꝝ estimabamus insaniam ⁊c. Ecce quō cōputati sunt inter filios dei: ⁊ inter sanctos sors illoꝝ est ⁊c. Vide supra de Furore.

Insanabilis. vide vbi Sanitas.

Insatiabilis. vbi Sacietas.

Inscius. vbi Scientia.

Inscrutabilis. vbi Scrutari.

Insensatus. vbi Sensus.

Inserere. vbi apponere. vel adiungere.

Insignis. auctoritates deficiūt.

Insilire. vbi de saltu. ⁊ Silire.

Insidiari. Insidiari nihil aliud est q̄ occulta cōtra aliquem exploratio: ⁊ fraudulēta machinatio ⁊ malitiosa inuestigatio ⁊ psecutio. Et ptinet insidiatio ad falsos ⁊ malicioſos deceptores ⁊ exploratores: qui scz insidiari dicunt: q̄ insident ad alioꝝ facta inq̄rendum ⁊ inuestigandum vt ipsis noceant ⁊ offendant. Et dicit insidiari ab in. i. infra aliqua latibula machinari. Nota breuiter q̄ triplex est insidiatio. scilicet Quedam

Cupiditatis.
Fallacitatis.
Crudelitatis.

Primo ergo dico q̄ est insidiatio auaroꝝ qui sūt similes draconi qui elepbātibus insidiat: vt eū in cauda inuoluat: ⁊ liget pedes eius vt ipm ad terrā ꝓsternat vt sanguinem eius bibat. Sic vere vsurarij ⁊ auari more draconis. id ē igne auaricie inflāmati: solēt insidiari elepbātibus. i. pauperibus viris bonis ⁊ simplicibus: vt ipsos in suis cōtractibus inuoluāt. vt ad terrā p pauptatē ipsos deuoluant ⁊ vt sanguinē sue tpalis s̄be rapiāt atz sugāt. De illis dr in ps. Insidiat vt rapiat pauperē rape pauperez dū attrabit eū. Jste sunt q̄ insidie auaroꝝ. Scdo dico q̄ sunt insidie deceptoꝝ. Falsi em̄ ⁊ ꝓditores sub specie amicicie ⁊ sub dissimulatione alicuius occasionis: factis ⁊ verbi boi insidiant vt habeant qđ de boibus obloquant qđ maxime faciunt detractores in claustris: balliui in causis: aduocati i litigijs: adulatores in cōuiuijs. Jdeo dicit Ecci.xj. Nō omnem boiem inducas in domū tuā. multe em̄ insidie sunt dolosi. Insidiator em̄ solet tria principaliter intendere. scz

Ut lateat.
Ut placeat.
Ut nocect.

Jste em̄ intendit latere: q̄ scz subvarijs fictionibus celat ⁊ abscōdit malam intentionem. Intendit etiaz placere: q̄ scz vt melius decipiat: ⁊ vt fidelis amicus credat: ⁊ ne eius malicia videatur: solet plura placentia pretendere: ⁊ diuersa cum diuersis diuersimode simulare. Intendit etiam nocere: q̄ statim q̄ falsa ⁊ insidiose potest scire secreta bominis: ipm accusat ⁊ diffamat. Unde isti sunt similes aucupibus: qui insidiantur paruis auiculis. Jsti enim sub foliis sedent vt lateant: ore sibilant vt pleceant: tandem eas capiunt vt eis noceant. De boc dicitur Eccl.xij. In labijs suis indul

eat inimicus. ⁊ in corde suo insidiat vt subuertat te i foueā. Iste sūt igit insidie deceptoꝝ. Tercio dico q̄ sūt insidie demoniorꝝ. Demões em̄ insidiant bobus. sicut insidiant Mustele passeribus. Unde de istis dicit. j. Macha. xj Catti muribus. Castra alienigenarū occurrebant Lupi ouibus. in campo: ⁊ tenebant insidias in Latrones trāseuntib⁹ montib⁹. Talibus ergo insidijs caute et prudēter est resistendū. vñ Eph̄. vj. Induite vos armaturā dei: vt possitis stare aduersus insidias dyaboli. ⁊c. Si vo vlterius velis aliq̄d ꝓsequi. Dic q̄ insidie sp cū habeant fieri in latibulis ⁊ occultis: sicut patz de illis q̄ insidiant alijs in factis armoꝝ: qui scz abscōdūt se in latibulis: ⁊ capta occasione vel opportunitate nocēdi insiliūt i incautos: ⁊ sic q̄ñq̄ ciuitates ⁊ castra: vel milites q̄ talia ñ cauebāt destruūt vel occidūt. sicut Josue. viij. dicitur. Qz cū rex bay cū exercitu suo ꝓsequeret hostes suos: insidie q̄ latebāt surrexerūt ꝓsertim: ⁊ hostes q̄ fugam simulauerāt redierūt: ⁊ sic regem cū exercitu deleuerūt ⁊ ciuitate etiaz succenderūt. Dicā q̄ sili modo loquēdo moraliť. Illi qui simplicib⁹ volūt nocere. cū palam aut publice appere no lint: ne forte eoꝝ machinaměta ab alijs videanť: ⁊ visa etiam caueanť. solent occulte sb̄ varijs fictionib⁹ ⁊ dissimulationibus malicias suas facere. ⁊ sub eis ne pateant ⁊ ne alij ꝓcipiant latitare. Inuēta vo occasione nocēdi: solent subito insurgere: ⁊ venenū qd̄ ꝓparauerant ꝓpinare: ⁊ incautos inuadere ⁊ grauare. ij. Paral. xiij. Jeroboaz retro moliebatur insidias. Et nota q̄ quatuor sunt genera bominum qui non cessant insidiari iustis: vicz. Fortuna. Caro. Demon. Et homo.

Fortuna insidiat vt deijciat
Mulier insidiat vt diripiat.
Dyabolus insidiat vt inficiat.

Magna despicere. bus nouerit magn⁹ esse. Uñ Ezeb. xxxj. de cedro paradisi dī. Erat ꝙ pulcerrimus in magnitudine sua: ⁊ in dilatione arbustoꝝ suoꝝ. Erat em radix illius sup aquas multas ⁊c. Expone. Unde de magnitudine virtutis: que. s. minorari nescit nec deficere. dicit Seneca. Magnanimus em stat rectus sub onere. nulla eū res minorem facit: nibil ei displicet eoꝝ que ferēda sunt: quicqđ cadere in boiem pōt: in se cadere nō querit. vires suas notat: vincit virtute fortunā. Igitur ad magnanimuz ptinet magnū existere. Scdo dico ꝙ ad ipum pertinet magnis insistere: quia. s. rebus magnis ⁊ arduis. s. celestib⁹: perpetuis ⁊ supnis cordialiter assistit: magnisq̄ ⁊ solēnibus factis ⁊ dictis actualiter insistit. dicēs. i. illud Prouerb. viij. Audite me quoniā de rebus magnis locutura sum. aperiētur labia vt recta predicent. Ueritatem meditabit guttur meū: ⁊ labia mea detestabunt impiū. Justi sunt oēs sermones mei: non est in eis prauū quid. neq̄ puersum. Et reuera vir magnanim⁹ ⁊ generosus magna sentit: magna facit: magna dicat. veritatē diligit. rectitudinē secrat: ⁊ alterū recipe seu fraudē cōmittere dedignat. Uñ Tullius. j. li. de officijs. vbi agit de bis circa q̄ fortis ⁊ magnus anim⁹ versatur: dicit in principio. Cum sis ita animo affectus (supple forti ⁊ magno) vt supra dixi. res geras magnas ⁊c. Spectat igr ad magnanimū magnis insistere. Tertio dico ꝙ ad ipm spectat magnis resistere. Uir em pfectus ⁊ magnanimus fortune duris casibus nō succumbit. ꝯnūo quāto magis grauia ⁊ difficilia sibi incūbunt ⁊ immuīet: tāto fortius ⁊ virilius in seipso residet ⁊ resistit. Teste em Tullio vbi supra. Magnanimitas est rō difficiliū aggressiua. Uñ ait ꝙ ad magnanimū ptinet nec ꝑturbatione bominū succumbere nec fortune. Unde Sene. in ꝑsona magnanimi dicebat in epla. Paup fiam. inter plures ero. Exul fiam. vbi me natum putabo. Quo mittar: nō curo. Uni angulo nō sum natus: patria mea totus bic est mūdus. Idē etiaz Sene. Epistola. xxviij. cōpat virū magnanimū istis animalibus maximis ⁊ stupendis: sicut sunt elepbātes ⁊ cetegrādia: quia. s. ista nō facile sentiūt iacula venatoꝝ. Unde ait. ꝙ ꝓpriū est magne fere nō sentire a iaculo se percussam. imanis em fera ad latratus canū lente respicit. Sic reuera vult Seneca. supponere de viro magnanimo: ꝙ scilz latratus ⁊ morsus: impetus ⁊ conat⁹ sat magnanimo despicere cuncta calcare ⁊ cōtēnere: ⁊ quāto plures sustinet tāto fortioꝝ lecior apparere. Exēplo aeris q̄ tūc apparet serenior quādo ꝑcessit aura maior. Exēplo etiā syderū que tūc letius rutilāt atq; ridēt: quādo frigora plus abūdāt. Ad qđ facit illud quod dixit Seneca epistola. lxv. Magnanimo inquit de rebus magnis iudicāduz est. fortunatior est qui asperis nō mouet ꝙ qui ꝓsperis ꝓmouet. nō est miruz in trāquillitate non cōcuti: sed illud mirare ibi aliquē stare vbi oīnes iacēt: ⁊ ibi aliquē extolli vbi alij deficiūt. Jgit ad magnanimū pertinet magnis resistere. Quarto dico ꝙ ad ipm ptinet magnis ignoscere. Ad magnanimū em pertinet magnis iniurijs indulgere. victis bostibus parcere. ⁊ contra foliū qđ a vento rapit suaz fortitudinē nō mōstrare. Exēplo illius imperatoris romani qui cuz berodē regem vicisset: ita ꝙ flexis genibus berodes coronā suā añ pedes ipsius posuisset. imperator ipse coronā in caput berodis reposuit. iniurias remisit ⁊ vitam ⁊ regnū cōcessit dicens ad eandē potentiā magnanimā pertinere. reges deponē ⁊ facere ⁊ rogās ꝙ decetero romanoꝝ amicicias expiri mallet ꝙ arma. Et ad boc facit Sene. in li. de q̄tuor virtutib⁹ vbi dixit. Si magnanim⁹ inq̄t fueris. nō tibi fieri iniuriā indicabis: ⁊ de inimico dices nō nocuit ꝫ nocere voluit. vindictā putabis vindicare potuisse. scito em magnū ⁊ bonestū vindicte genus ee ignoscere. Jgit ad magnanimū ptinet magna ignoscere. Quinto dico ꝙ ad ipm ptinet magna cognoscere: qz reuera magnanim⁹ magna ⁊ arduа opa dei ⁊ nature inq̄rit ⁊ pscrutat. de reb⁹ xo paruis ⁊ cōibus inquirere dedignat: dicēs. s. illud Sene. ꝓallegatū. Magno animo de reb⁹ magnis iudicādū est. Sexto dico ꝙ ad magnanimū ptinet magna despicere: qz ꝓcerto nibil est tā magnū in reb⁹ mūdanis quod magnanimo possit equipari. Quicqđ em magnū est siue in ꝓsperis siue in aduersis: vir magnanimus vilipēdit: ⁊ tanq̄ se minora oīnia despicit ⁊ ptemnit. Exemplo leonis qui pre magnitudine animi alia animalia q̄ibus se maiora solet toto vultu despicere: eoꝝ virtutes ⁊ magnitudinē contēnere: ⁊ contra ipsa viriliter ꝓualere. Teste em Sene. epistola. xxiij. Facilius est totaz gētē vincere q̄m magnanimū. Et breuiter sicut idē dicit lib. de morib⁹. Nibil magnū in reb⁹ nisi anim⁹ magna despiciens. Iste sunt ergo ser virtutes bois magnanimi. vt vz.

Magna despiciat. Aduerte tñ ꝙ magnanimitas de-
Magna cognoscat. bet cōtineri infra limites rationis
Magnis ignoscat. Nam ꝓut dixit idem Sene. li. de
Magnis resistat. quatuor virtutib⁹ magnanimitas

Magnis insistat. Magnis existat.

si excedit. virū facit supbum tumidum et minacem inflatum turbidum ⁊ motiuū. Mensura ergo magnanimitatis est nec timidum esse dominē nec audacem. Eris inquit magnanimus si pericula non appetas vt temerarius: nec formides vt timidus. Magnitudo eñ animi si a cōitate boīm sit remota. feritas ⁊ immanitas dī. nō magnanimitas. Hec igitur de magnanimitate sufficiant ꝛc.

Magnalia dei.

Vide infra vbi Mirabilia.

Magnificare.

Nota q magnificentia idem est q bonorificentia ⁊ status excellētia. Et magnificare idē est q bonorificare: laudare ⁊ glorificare. Et nota q magnificentia. i. bonor ⁊ excellētia

Quedā est gloriosa.
Quedā est virtuosa.
Quedā est viciosa.

Magnificētia gloriosa est excellentia deitatis: quia deus est sup oīa glorificādus. laudandus ⁊ magnificādus. vñ in ps̄. Laudabo nomē dei cuz cantico. ⁊ magnificabo eum in laude. Magnificentia virtuosa ē glorificatio viri iusti. De qua dr̄. ij. Paral. ix. Magnificatus est rex salomon sup omnes reges terre. Magnificētia viciosa est magnificatio. laus ⁊ bonorificatio pctōr: ⁊ ista nihil aliud est q̄z ꝓsperitas malor: quia. s. mali sepe magnificanē: famanē ⁊ glorificanē plus q̄z alij. Vñ Hiere. v. Magnificti sunt ⁊ ditati. impinguati sunt ⁊ dilatati: ⁊ pterierūt sermones meos. Sed qr longū esset materiā istam ꝓsequi Vide. s. de laude. de gloria. de bonore. de fama ⁊ de adulatione. Et sic scies q̄d ē magnificētio siue in bono sine in malo. Verūtamē ne ita transeā pede sicco. dicam aliq̄d de ista triplici magnificentia. Est igitur dico Magnificentia

Summi creatoris.
Justi viatoris.
Vanipeccatoris.

Primo igit̄ dico q est magificentia summi creatorꝭ. Creator eñ in se magnus ⁊ magnificus dī. respectu vo nosti magnificatus ⁊ plenus excellētia. laude gloria ⁊ magnificētia reperit̄. Magnificare. n. dz sup oīa creatura creatorē. captiuꝰ redēptorē. rebellatus liberatorē. Cū igr̄ deꝰ sit noster creator q̄ nos creauit cū nō essemus. nr̄ redēptor q̄ nos redemit cum erraſſemus. noster liberator qui nos liberauit cū perijssemus. merito dico q debemus ipm magnificare. i. ipm exultādo ⁊ laudādo magnum facere et glorificare. dicendo. s. illud ps̄. Laudabo nomē dei cum cātico: ⁊ magnificabo eum in laude. Et placebit ei supervitulum nouellum: cornua ꝓducentē ⁊ vngulas. Et reueta illud est qđ summe deo placet. s. ipm laudare ⁊ magnificare Istud est eñ vnū solū qđ sibi offerre possumus. vt. s. ipius virtutes ⁊ magnificentias exaltemus: ⁊ vt eius magnalia collaudemꝰ: sicut faciebat ille nabuchodonosor Dañ. iij. dicens. Laudo inquit. magnifico ⁊ glorifico regem celi. q̄a oīa opera eius vera. ⁊ vie eius iudicia. ⁊ gradientes in superbia potest bumiliare. Vbi nota q deus est magnificandus ⁊ laudamus. s. Propter eius essentiā q̄ nunq̄z defluit. Vera inq̄t. Propter eius clementiā q̄ semper influit. Celi. Propter eius prudentiā que cūcta statuit: regem a regendo. Propter eius potentiā que mira cōstruit. Opa eius. Propter eius iusticiam que mala destruit: quia vie eius iudicia ⁊ gradientes ꝛc. Quia reuera huius essentia nūq̄z deficit. Clemētia semper ꝓficit. Prudētia cūcta conspicit. Potentia mira perficit. Justicia malos seu mala deijcit. Est eñ iste Eristendo verissimus. Vera. Influendo largissimus. Celi. Prouidendo doctissimus. Regem. Opando fortissimus. Opera. Castigādo iustissimus. Judicia. Ista eñ quinq̄z faciūt deum laudabilem ⁊ quēlibet magnificū. s. qñ Magnus est: quo ad essentiā ⁊ nobilitatē. Magna dat: quo ad dementiā ⁊ liberalitatē. Magna scit: quo ad prudentiam ⁊ sagacitatem. Magna facit: quo ad potētiā ⁊ strennuitatem. Magnis resistit: quo ad iusticiam ⁊ seueritatem. Jgit̄ dico q magnificare debemꝰ deuz ꝓpter eius essentiā inuariabilez. Vera inquit: quia quicq̄d est in eo totum est certū ⁊ verum: nihil est in eo fictum. variabile seu vanum: sed totū essentiale: perpetuū ⁊ eternū. Magnificet ergo fortitudo domini Nume. xiiij. Et in ps̄. dī. Magnificate dñm mecū: ⁊ exaltemꝰ nomē eius inidipm. q. d. Idem ipse ex seipso est magnificabilis: vt sic dicat homo illud ps̄. Benedic anima mea dño: dñe deus meus magnificatus es vehementer. Confessionem ⁊ decorem indutus. amictus lumine sicut vestimento. Vera inquit. Unde de veritate diuine essentie potest dici illud. ij. Esdre. iiij. Veritas manet ⁊ inualescit ineternū: ⁊ viuit ⁊ obtinet in secula seculoꝝ. Sequit̄. Magna ē veritas ⁊ inualescit. Magnificemus ergo deum ꝓpter eius essentiā inuariabilem. Vera inq̄t. Jtem deum magnificare debemꝰ ꝓpter eius clementiam inexhaustibilem: que. s. ostendit̄ cum dicit̄. Celi. Celū eñ sp influit. semper radios mittit: oīa continet: et oīa nutrit. Sic deus per suam largissimā ⁊ largifluā largitatem quia iste dat magnifice bona ⁊ dona. terrena. spiritualia ⁊ eterna. Figuratus in rege assuero. de quo dicit̄ Hester. ij. q ipse fecit cōuiuium ꝓmagnificū cunctis principibus ⁊ seruis suis. ⁊ dedit requiez vniuersis prouincijs ac dona largitus est iuxta magnificentiā principalem. Celi inquit ps̄. Eleuata est magnificentia tua super celos. q. dī. Dei magnificentia amplius largitur ⁊ influit q̄z faciāt ipsi celi. Magnificentia eñ eius ⁊ virtus eius in nubibus. que scz pluuiam largiunt̄ ⁊ rorem. Magnificet̄ ergo deus ꝓpter eius clementiam inextimabilem. Celi inquit. Jtem deus magnificet̄ ꝓpter eius prudentiam seu ꝓuidentiam indeceptibilem. regem inq̄t. qui. s. dī a regendo: quia scz in ipso est prudētia ⁊ sapia infinita qua cuncta regunt̄ ⁊ disponūtur Dañ. iiij. Arborem inq̄t quam vidisti sublimē cuius aspectus in omnē terram ⁊ rami eius pulcerrimi. fructus eius nimius ⁊ esca vniuersoꝝ in ea: ⁊ subter eam habitātes bestie agri: ⁊ in ramis eius aues celi. tu es rex qui magnificatus es. inualuisti. et magnitudo tua creuit vsq̄z ad celum. ⁊ potestas tua in vniuersa terra. Jsta eñ expone de deo ⁊ de eius sapia ⁊ prouidentia regitiua. que. s. dat escam oīi carni ⁊ de oīibus prouidet vniuersis. Ut de tali rege cūcta magnifice gubernāte dicatur illud. ij. Paral. ix. Magnificatus est rex Salomō super oīes reges vniuerse terre. Magnificemus igitur deum ꝓpter eius prudētiam indeceptibilez. Regem inq̄t ps̄. Qr magnificata sunt opera tua domine oīa in sapiētia fecisti. impleta est terra possessione tua. Jtem magnificet̄ deus ꝓpter suam potētiam insupabilem. Opera inquit. Quia reuera potētia ipsius summe apparet ⁊ apparuit in magnificis operibus que oīi die pficit ⁊ q̄ fecit. de q̄ satis ꝓpie loquit̄ dauid dicēs. Potētiā tuā ⁊ iusticiā tuā deus vsq̄z in altissima q̄ fecisti magnalia deus q̄s silis tibi. Vñ sibi dicit̄ Exo. xv. Quis silis tui magnificus in scitate: terribilis atq̄ laudabilis ⁊ faciens mirabilia. Et reuera magnifica ⁊ magnalia

Opera creationis.
Opera redemptionis.
Opera gubernationis.
Opera iudicij finalis

decisionis ⁊ ordinatōis. Et hoc in auctoritate ostenditur cuz dicit̄. Oīa opera eius. vñ Eccl. xvij. dī. q deus voluit ostēdere sanctis suis magnalia operum suoꝝ: ⁊ gloriam in mirabilibus ipsius. vt enarrāt magnalia operū eius. Vñ de operibus beate incarnationis. dicit Luce. j. beata virgo. Magnificat anima mea dominum Et exultauit spūs meus in deo salutari meo. Quia fecit mihi magna qui potens est ⁊ sanctum nomen eius. Jgitur magnificemus deum ꝓpter suam potētiam insupabilem. Jtem deus est magnificādus ꝓpter suam iusticiam irrefragabilem. Et hoc ostenditur cum dī. Et oīes vie eis iudicia: ⁊ q gradientes in superbia potest bumiliare. Constat eñ q boni ⁊ seueri iudices consueuerūt a populo magnificari: ⁊ apud deum ⁊ homines cōmendari. Ut de rigore seueritatis illius dicat ei illud ps̄. Confitebor tibi domine quia terribiliter magnificatus es: mirabilia opera tua: ⁊ anima mea cognoscet nimis. Unde alibi de magnificentia diuine iusticie dicit̄ in ps̄. Qr sctimonia ⁊ magnificētia in ꝓspectu eius. Sequit̄. Judicabit orbem terre in equitate: ⁊ populos in veritate sua. Jgitur dicam q magnificandus est deus. Quia

Justior in iudicando.
Fortior in operando.
Doctior in ordinando.
Dulcior in miserando.
Longior. i. eternior in p.

manendo. Patet q̄z q est magnificentia q̄ debet summo creatori. Et h̄ est primū ꝓncipale. Secundo principaliter dico q est magnificentia que debetur iusto viatori. Et ista procerto nihil aliud est q̄ bonor temporalis: spiritualis et eternalis quo scilicet iustus homo glorificatur ⁊ exaltatur: ⁊ quo honorabilis ⁊ magnificus

reputatur. Dicit enim magnificus seu magnificatus ideꝫ quod magnus factus: seu magna faciens. quia scilicet iusti magna faciunt virtuose operando: ideo finaliter magni erunt. tpalem. spiritalem ⁊ eternalem gloriam acquirendo: vt scilicet de quolibet viro iusto dicat illud Esaie. xi. Erit germen domini in magnificentia ⁊ in gloria. Vbi aduerte q̄ iustus a triplici magnificentia commendatur. vz.

A virtuali p̄fectione.
A tpali promotione.
Ab eternali p̄latione.

Iusti em̄ virtualiter clarescunt quia sunt germē. Tpaliter splendescunt: quia in magnificentia. Eternaliter nitescūt: quia in gloria. Igit dico q̄ iusti sunt magnifici: quia clarescunt virtualiter. Et hoc ostendit cū dicit. germē dñi. Vide. s. vbi Germen. quō vir iustus germini cōparat. iuxta illud p̄s. Justus germinabit sicut lilium: et florebit in eternū añ dñm. Et reuera iustus in virtutibus ⁊ ⁊ sanctis aliquotiēs magnificat: ⁊ magnus apud deū ⁊ homines in fama ⁊ opinione. honore ⁊ p̄fectione putat. Vñ de illo rege iuda Josaphat q̄ interpretat ipe iudicat dī. ij. Paral'. xvij. Creuit q̄ Josaphat ⁊ magnificat⁹ ē vsq; in sublime. Vbi. s. q̄druplex virtus ostendit que magnificat merito possessore. s. Charitatis iugis profectus. Veritatis certus ꝓspectus. Equitatis rectus effectus. Voluntatis alt⁹ affectus ꝓbat. Castitatē ingens incrementū. Creuit n̄ q̄t. Veritatē certū argumentū. Ergo inquit. Equitatē iustum fundamentū. Josaphat ⁊c. Voluntatē altuz firmamentū. In sublime inquit. Crescere em̄ signat virtutē augmentatiuā: hoc est charitas ⁊ diligentia. Ergo signat virtutē ordinatiuā: hoc est veritas ⁊ sapientia. Josaphat iudicās signat virtutē determinatiuā: hoc est equitas ⁊ iusticia. In sublime vo signat virtutē elevatiuā. s. mentis: hoc est voluntas ⁊ celestium complacentia. Videvbi Crescere. Ergo. Judicare. ⁊ Sublimis: in titulis ⁊ materijs suis. Et breuiter de viris virtuosis quō magnificant pōt dici illud. j. Macb. v. Viri iuda magnificati sunt valde in conspectu oīm. Unde Roñ. viij. Quos iustificauit illos ⁊ magnificauit. Patet ergo q̄ viri iusti sunt magnificati: qz clarescunt virtualiter Germen inquit. Deinde dico q̄ sunt magnifici: qz splendescunt tpaliter. Et hoc ostendit in isto verbo. Magnificentia. Constat em̄ q̄ iusti ⁊ sancti q̄nq; a deo vocant ⁊ ꝓmouent etiam ad tpales magnificentias: regna: plateas ⁊ dignitates. sicut de dauid ⁊ alijs pluribus legit quos deus tpaliter magnificauit: ⁊ ad dignitatē ⁊ fastigiū exaltauit. j. Reg. ij. Magnificatus est puer samuel apud deum. Unde Esaie. xlij. dī sic. Dñs voluit vt sanctificaret eum et magnificaret euz. q. d. Primitus debet hō sanctificari aut magnificari. anteq; debeat ad p̄lationis apicē exaltari. Et ꝓcerto dato q̄ hō diuina gratia fauente vel p̄mittente ad dignitatis apicem exaltet: nunq; tm̄ ꝓpter hoc homo se debet magnificare: nec pre alijs glorificare: cuz ignorat si sanctus aut iustus debeat dici vel possit. Vñ de Romanis dī. j. Macb. viij. Qz exaltati sunt valde: ꝑ in oibus bis nemo portabat dyadema: nec iduebat purpuram vt magnificaret in ea. Igit dico q̄ iusti magnificant qz splendescūt tpaliter Magnificentia inq̄t. Deniq; dico q̄ iusti magnificant inquātum nitescūt supnaturaliter. s. in gloria paradisi. qđ ostendit cū dī. Gloria. Hec est em̄ summa ⁊ vltimata magnificentia. q̄. s. homo post vite decursum: ⁊ post agonē vite p̄ntis assumat ad triūphū gloie paradisi: ⁊ ad magnificentiā imperij paradisi. Gloria inq̄t: Vñ de viro iusto in celis glorificato ⁊ magnificato dī Eccl. xlv. q̄ deus sil'em illū fecit in gloria sanctoz: ⁊ magnificauit eū in timore inimicoz. Sequit. Glorificauit eū in cōspectu regū. Igit ptz q̄ iusti a deo magnificant finaliter ⁊ eternaliter. Gloria inq̄t Mundialiter ⁊ tpaliter. Magnificētia inq̄t. Moraliter ⁊ virtualiter. Germē inq̄t dñi. Sic igit ꝯcludo q̄ est quedā magnificentia xp̄i ꝓfessoris: hoc ē dictu. cuiuslibet iusti viatoris. Tertio vo dico q̄ ē quedā magnificētia vani pec catoris. Cōstat. n. q̄ mali q̄nq; in mūdo magnificant. ⁊ in altis statib⁹ ⁊ dignitatib⁹ sblevant. s. Quidā magnificant

Ratione diuitiarum.
Rone mundialiū scientiarū.
Rone magnarū amiciciarū.
Rone potētiaz ⁊ eminētiaz.

De magnificētia diuitiaz dī Hiere. v. Magnificati sunt inq̄t et ditati. impinguati sunt ⁊ incrassati: ⁊ p̄terierunt sermones meos. De magnificētia rone mundialium sciarū: qđ potissime apparet in aduocatis. dī in p̄s. Qz isti sunt illi q̄ dixerunt linguā nostram magnificabimus labia nr̄a a nobis sunt: q̄s nr̄ dñs est. Et tm̄ alibi dī. q̄ disperdat dñs vniuersa labia dolosa ⁊ linguā magniloquam. De magnificentia rone noticiarū: seu potentū familiaritatū ⁊ amiciciarū. q̄ patz de malis p̄ncipū familiaribus: q̄ a magis suis plus debito magnificant: ⁊ ab ipsis fouent ꝓ iusticia ⁊ bonorant. cōtra illud Eccl. x. Noli despicere hominē iustum pauperē: nec magnifices virū peccatorē diuitem. De talibus em̄ dicit Esa. ix. Multiplicasti gentē: nō magnificasti leticiam. Quia reuera quanto tales amplius multiplicant ⁊ magnificant. tanto inferiores subditi plus grauant. De magnificentia vo rone dignitatū seu eminētiarū: que sz spectat ad malos p̄ncipes ⁊ p̄latos: qui sz seipsos pre alijs indebite magnificāt ⁊ extollūt dicit figuratiue Dañ. viij. q̄ ipse vidit arietē ventilantē cornib⁹ ad oēm ptē: ⁊ oēs bestie nō poterāt resistē ei. fecitq; ꝓ voluntatem suam ⁊ magnificatus est. Expone de ariete cornuto cōtra p̄latos nimtratos ⁊ indebite magnificatos: q̄bus tamē dñs cōminat Esa. x. dicēs. Visitabo sup fructū magnifici cordis regis. ⁊ sup gloriā altitudinis oculoz eius. Sequit. Et erit terroze vagus ⁊c. Igit de q̄libet indebite magnificato ⁊ exaltato dicit Dañ. viij. q̄ cornu modicum factum est grande: ⁊ magnificatū est vsq; ad fortitudinē celi ⁊ dicit de fortitudine ⁊ de stellis: ⁊ cōculcauit eas: ⁊ vsq; ad p̄ncipē fortitudinis magnificatus est: ⁊ ab eo tulit iuge sacrificiū: ⁊ dicit locum sanctificatiōis eius. Quia reuera qui dicunt cornu ꝓpter duriciā ⁊ superbiaz: qui de paruis fiunt magni ꝓpter ꝓmotionis excellentiā. cōtra deum magnificant ꝓ iniq̄tatem ⁊ maliciā. sacrificiaq; ipsius ⁊ locum sue sanctificationis destruunt: inq̄ntuz grauāt religionem ⁊ ecclesiam. stellas de celo ejciūt ⁊ cōculcant. inq̄ntū nobiles detrabūt ad pauptatem ⁊ miseriam. Sufficit igit de magnificentia impij: iusti ⁊ dei ⁊c.

Magnus. Magnitudo.

Nota q̄ magnitudo nihil aliud est q̄z quātitas rei ex naturalib⁹ dimēsionibus constituta. Constituit em̄ magnitudo ex lōgitudine latitudine. sublimitate ⁊ ꝓfunditate: que quandoq; spiritualiter quandoq; temporaliter denotant. Veruntamen quia aliq̄ sunt magna q̄ntitate molis aliq̄ quātitate virtutis. est notādū q̄ est multiplex magnitudo. scilicet Quedā

Mirablis.
Laudabilis.
Notabilis.
Dānabilis.
Tristabilis.
Odibilis.
Amabilis.

Prima est magnitudo diuinitatis. De q̄ dī in p̄s. Magnus es tu ⁊ faciens mirabilia: tu es deus solus. Scda est felicitatis eterne. de qua Baruc. iij. O israel q̄z magna est domus dei ⁊ ingens locus possessionis eius. Tertia est magnitudo moralitatis interne. Et ista est illa qua vir iustus dicitur spūaliter esse magnus. de quo dī Matb. v. Qui aūt fecerit ⁊ docuerit sic homines hic magnus vocabit. Quarta magnitudo est ꝓsperitatis mundane: de qua Matb. viij. Facta est tranq̄llitas magna in mari. Quinta ē magnitudo iniq̄tatis būane. Unde cuilibet diuiti pctōri dicit illud Ezech. xxix. Ecce ego ad te draco magne q̄ cubas i medio minum. Sexta est magnitudo penalitatis subterne. s. doloris infernalis. De qua dī Luce. xxj. Erit pressura magna sup terram. Et Treñ. ij. Magna velut mare cōtritio tua. Septima est magnitudo capacitat̄ externe ⁊ ista ē magnitudo ecclie militāt̄. De q̄b⁹ dī in p̄s. Apud te laus mea in eccl'ia magna. Singula ista ꝓ ordinē ꝓsequi longū eēt ⁊ tediosum. iōq; dico q̄ est triplex magnitudo. s. Magnitudo

Dei creatoris.
Boni viatoris.
Mali peccatoris.

Dicamus ergo primo de magnitudine dei: ⁊ dicamus q̄ est quedam magnitudo valde gloriosa. s. magnitudo dei. Quia sicut dī in p̄s. Magnus dominus ⁊ laudabilis nimis ⁊ magnitudinis eius non est finis. Iste est em̄ magnus Rone capacitatis cuncta cōtinentis. Rone sublimitatis cunctis p̄eminentis. Rone ꝓfunditatis nulli cōpetentis. Ratione eternitatis semper permanētis. Iste em̄ sunt quatuor dimensiones que faciunt deum magnū: vz. latitudo capacissima. Iste ē em̄ sicut celū. cuius ambitus latitudo ptinet vniuersa. Et iō de ista latitudine contentiua dicit quidā plus q̄ deus ē spera incircūscriptibilis

ens̄ ēntrū vbiq; est. circūferētia aūt nusq;. Et.ij. Esdre .viij. Magna est terra ⁊ excelsus celū. Et in ps. dī. Hoc mare magnū ⁊ spaciosus. Item altitudo sublimissima. Ipse ēm magn⁹ est in altitudine: qz. s. pēminet cūctis creaturis sicut cedrus rōne altitudinis: lignis pēminet vniuersis. q̄, re etiā regina arbor nūcupat. Ūn in ps. Dñs in syon magnus ⁊ excelsus sup oēs pp̄los. Et alibi. Terribilis rex magnus sup oēm terrā. Item in ipo est pfunditas occultissima Deus. n. est sicut abyssus rōne incōp̄rehēsibilitatis: qz. s. sicut dī Job. xxxvj. Deꝰ magn⁹ ⁊ vincēs sciam nr̄am. Item in ipo est lōgitudo eternissima Thob. xiij. Magn⁹ es dñe in eternū. Et sic ḡ dico q̄ deꝰ ē maxim⁹: lz magnitudo eius sit occulta. In sole ēm sunt duo q̄ nobis sunt incognita ⁊ occulta. s. magnitudo ⁊ motus. Maior ēm est occies tota terra. qđ tñ nō videt. Citissime etiā currit. ⁊ tñ videt q̄ in aliq̄ nō mouet. Sic vere nobis penitus duo de deo sc̄ ignota. s. sua excellētissima magnitudo. ꝺ q̄ dī illud Job. xxxvj. Magn⁹ deus ⁊ vincēs sciam nr̄am. Stupebāt aūt oēs de magnitudine dei Luc. ix. Et sui motꝰ. i. sue occulte ꝓuidētie: ordinatōis ⁊ sapie certitudo. Ista ēm a nob nō cognoscunt: ꝺ ab oculis oim mortaliū abscōdunt. Quia sic dī in ps. Magn⁹ dñs ⁊ magna vtus ei⁹: ⁊ sapie ei⁹ nō eū nūer⁹ Ubi oñdit deꝰ ee magn⁹ p̄cipaliꝝ q̄ ad tria. vicz Oz̄tū ad Presidentie celsitudinē. Primū, pbat bonoꝝ impato Efficacie fortitudinem. rius: qz magn⁹ dñs. Scōm Prouidentie certitudinē. vigoꝝ opatorius: qz magna virtus eius. Sed tertiū splēdoꝝ ordinatoꝝ⁹: qz sapie ei⁹ nō est numer⁹. Dico ḡ q̄ iste est magnus ꝓpter suā impatiuā celsitudinē. qđ oñdit cū dī. Magn⁹ dñs. Iste est dñs generalis nō ꝓticularis. summ⁹ nō infim⁹: gl̄iosus nō vicios. sicut ēm dī in ps. Deus magn⁹ dñs: ⁊ rex magn⁹ sup oēs deos. Item magn⁹ est ꝓpter opatiuā fortitudinē. Magt̄ inqt vtus ei⁹. sicut ēm dī Job. xxxvij. Iste ē magn⁹. fortitudine iudicio ⁊ iustitia. Ūn de ipso pōt dici illud Ecc. viij. Hec ē virt⁹ dei q̄ dī magna. Et bñ dicit vtus ī generali. vt notaret q̄ ipe ē oēm bñs vtutē: oia pspiciēs. Oēm. n. bz virtutē: ⁊ in oi vtute ⁊ pfectōe magn⁹ ē: qz. s. ipe ē Magn⁹ Pietate. Man⁹ dico in pietate: qz. s. ipe ē misericors Potestate. gr̄am infundendo ps. Oz̄ magna multitudo Operatione. dulcedinis tue dñe. De malo liberādo Ps. Jurisditōe. Miscōia tua magna ē sup me: ⁊ eruisti aiaz meā ex inferno inferioꝝ. In celis p̄miādo ps. Magna sup celos miscōia tua. Item magn⁹ in ptāte Hiere. x. Magnus es tu: ⁊ magnū nomē tuū in fortitudine. Item magn⁹ in operatione. Ūn in ps. Magna opa dñi. exq̄sita in oēs volūtates ei⁹. Et possum⁹ notare de magnitudine operū. s. de creatione mūdi ⁊ de suis occultis iudicijs ⁊ de assumptōe carnis ⁊c. Iste ēm fecit magnalia in egypto. mirabilia in terra cham. terribilia in mari rubro. Item magn⁹ in iurisditōe: qz sicut dicit in ps. Ipse est terribilis rex. magn⁹ sup oēm terrā. Habet ḡ opatiuā fortitudinē. Item deus bz ꝓpriam certitudinē: qđ oñdit cū dicit. Sapie ei⁹ nō est nūer⁹. Ipe ēm vtute magnitudinis sapie sue certissime, puidet de oib⁹ creaturis. Quia sicut dī Hiere. xxxvj. Ipse ē magn⁹ ⁊ incō p̄hensibilis cogitatu: qz sicut dī Job. ix. Sapiēs in corde ē ⁊ fortis robore. Et in ps. dī. Dia in sapia fecisti: impleta est terra possessione tua. Et sequit. Hoc mare magnū. Et sic igit̄ ptz quō deus pluriboꝝ opatiōibꝰ dī esse magn⁹. Secūdo dicam⁹ q̄ ē magnitudo viri pfecti. Uir ēm iustus dī ee magn⁹: qz sicut res dī esse magna q̄ bz suas naturales dimēsiones. s. lōgitudinē. altitudine: q̄ idē sunt: ⁊ latitudinē ⁊ pfundū. Sic vere ille dī spūaliter esse magn⁹ q̄ bz p fundū fidei. altitudinē spei latitudinē charitatis longitudinē longanimitatis. Et breuiter stella efficit magna ex magna aggregatione lucis: qz. s. stella nihil aliud est q̄z aggregatio lucis in suo orbe. q̄ quato plus abūdauerit tāto stelle sba maioꝝ erit. Sic vere kmi: bō dī esse spūaliter magn⁹ qñ magna luc̄ abūdātia. i. magna vtutū redūdātia in ipo fuerit aggregata. Magna ēm lucis. i. virtutis aggregatio: causat magnitudinē stelle. i. magnitudinez viri iusti. Et sic bō dī illa stella magna ardēs sicut facula. de q̄ dī Apo. viij Bō ēm est sicut arbor: q̄ cuius in p̄ncipio sit herba modica tñ crescēdo ꝓtinue efficit arbor magna. Et etiā sicut fluuius: qui cuius sit in p̄ncipio riuus ꝑuus: qz tñ ꝓtinue crescit ꝑ aggregationē aquaruz. finaliter efficit magn⁹ valde. Et ētia sicut dies: q̄ cuius in p̄ncipio sit obscura: ꝓtinue tñ crescendo magnā recipit in medie claritatē. Quia vere charissimi: cuius bō in p̄ncipio sit obscurus per ignorantiā: sit q̄ modicus ꝑ virtutū carentiā: quia tñ aqua gratiarū ⁊ vtutum in ipso cōtinue aggregant. ita q̄ semp de virtute in virtutem crescit ⁊ augmentat: ipse finaliter efficit valde magnus: ⁊ impfectiōis ⁊ virtutis magnitudine gl̄iosus: sicut de Ysaac dī Gen. xxvj. Ut ibat, pficiēs atq; succrescens donec magnus vehemēter effectus est. Et vere magn⁹ efficitur bō iustus intus in corde ꝑ gr̄arū accumulationē: exterius in cōuersatione ꝑ bonoꝝ operꝝ execution̄: longe inter alios ꝑ bone fame diuulgationē: sursuz in paradiso coram deo ⁊ angelis ꝑ glorie acquisitionē. Ita q̄ breuiter de magnitudine viri iusti potest exponi illud Jucc. j. Hic erit magnus ⁊ filius altissimi vocabit. In quibus verbis oñditur q̄ viri iusti tripliciter fiunt magni. videlicet Per

Virtualem pfectionem. Primū probat nobilis natu
Tpalem promotionem. ra. Fili⁹ inquit altissimi. Se
Eternalem plationem. cundū seculi ptura. Vocabi
tur inquit. Sed tertiū gl̄oria futura. Hic inqt magn⁹ ent.

Triplex igitur est magnitudo viri iusti. scilicet

Virtualis. Magnus ḡ est vir iustus virtualiter ꝑ ꝑ
Tēporalis. fectionē: qđ ostendit cū dicit. Fili⁹. i. imi
Eternalis. tator altissimi. Res ēm dī esse magna que magne rei assimilat ⁊ pformatur. Sic vere iustus pōt dici magnus: q̄ altissimo deo ⁊ maiori ⁊ maximo ꝑ imitatiōem in virtutib⁹ ⁊ cōditionib⁹ inc̄tum est possibile coaptatur. Fili⁹ inquit altissimi. Ut sic possit dicere illud Thobie. v. Ego sum azarias ananie magni filius. Ut ⁊ sic rūdeat illud qđ sequit. Ex magno genere es tu. Tales sunt virtualiter magni: qz. s. sicut teste Jsido. Regiones frigide nutriunt boies magnos. sicut ptz de Europa: respectu aliaꝝ terrarū. Circa mare rubrū etiam dicunt crescere maxime arbores ꝓ eundē: lz circa alia arbores nascunt generaliter parue valde. In yndia etiā dī esse genus boim maximoꝝ qui nullis doloꝝib⁹ affliguntur: q̄ nec frigus: nec caloꝝ: nec aliquam infirmitatē patiunt: ⁊ quoꝝ corpa ad quinq; cubitos ꝓtendunt. Gigātes etiā in mūdo fuerūt q̄ maximā corpis magnitudinē habuerūt. Quedā sunt animalia valde magna: ⁊ ab alioꝝ quātitatibus disparia: sicut est elephas inter gressibilia. inter natatilia cete ⁊ balena: draco ⁊ crocodrillus inter reptilia. Iste igit̄ creature charissimi: significāt viros pfectos q̄ gratijs et vtutibus augmētati sunt. Insup ⁊ sup alios in sciētijs ⁊ moꝝib⁹ ⁊ vita ⁊ fama valde magni. sic de Job dī Job. j. q̄ erat vir ille magn⁹ inter oēs orientales. Isti ēm dicunt esse in frigida regione viuini tā moris. plantati sunt circa mare rubrū diuini amoris. q̄nq; cubitos habēt. i. q̄nq; sensuū custodiā per discretiōez: nullī doloꝝ subiacēt ꝑ patiētie pfectionē: gigantes sunt per fortitudinē. elephātes ꝑ mititudinē. Et breuit de illis pōt dici illud Baruc. iij. Ibi inqt fuerūt gigātes noiati illi q̄ ab inicio fuerūt statura magni sciētes bellū. Et sic igr̄ ptz quō istī sunt magni virtualr ꝑ pfectōez. Ūn nō q̄ isti sunt magni

In sapientia. Dico in sapientia: qz sicut dī. iij. Regū.
In eloquetia. x. Magnificat⁹ est rex salomon super
In famositate. oēs reges diuitijs ⁊ sapia. Item in elo
In benignitate. quētia: dicēs illud Prouer. viij. Audite me qm̄ de reb⁹ magnis locutura sum. Aperiant labia mea vt recta predicent. Item infamositate. Unde in Ps. In israel magnū nomē ei⁹. Item in benignitate Ps. Miseri. cordia tua magna est super me. Patet igit̄ q̄ isti sunt magni per perfectionē virtualiter. Deinde dico q̄ boni quā doq; fiunt magni tēporaliter ꝑ promotionē. Et ista magnitudo ostendit cum dicit. Vocabit: qz. s. boni ⁊ iusti vocantur sepe a deo ad magnas ⁊ altas dignitates. Ūn Matth. v. Qui fecerit ⁊ docuerit sic homines. hic magnus vocabitur in regno celorum. Ille ēm que regimē obtinent inter apes sunt ꝑ nullis magne valde. Quia vere: qui ad regimē id est. ad celsitudinem officiorum ⁊ dignitatum ꝓmouentur: pre ceteris magni in virtutibus esse tenent. Quia sui vegetiū. Tunc respublica bene agitur: qñ nō pōt ee maioꝝ nisi q̄ melioꝝ. Isti ḡ sunt magni tēporaliter per ꝓmotionē. Denicq; dico q̄ boni fiūt magni eternalr ꝑ plationez

vel p fruitionē. Res eñ superiores pte ceteꝛ sunt maiores Patet:qz minor stella maior dicit esse tota terra:z iō tunc boni z iusti erūt maximi: qñ sursum in paradiso erūt ppe tuo collocati.Et hoc ostendit cum dicit.Hic erit magnus Istud eñ vocabulū erit:signat inuariabilē statum:quia.s. verbū erit substantiuū: signat tēpus nō pñs nec pteritū s futurū: z signat magnitudinē glorie eterne quā habēt in patria beati:que.s.inuariabilis z eterna pseuerat:z q̄ non est in pñti tpe:sed expectat in futuro. Un Aggei.ij.Magꝛ erit gloria domus hui⁹.Patet igit charissimi quō vir iust⁹ pōt triplicē bonā magnitudinē obtinere.vz.virtualē tpalē z eternalē. Et sic iā visum est de magnitudine summi creatoris:z de magnitudine iusti viatoris. Tertio videndus est de magnitudine vani peccatoris.Pctōres eñ sunt magni in hoc seculo p psperitatē tpalem.Inter mulos eñ femine masculis sunt maiores.qđ facit.s.carentia cōceptionis.Materia eñ humoꝛ in mulab⁹ nō puertit:in pceptū qz.s.nunq̄ pcipiūt:ideo puertit in corpis augmentū. Sic mūdi pctōres nunq̄ pcipiunt: nec faciūt aliquē fetū bonorū operū.hinc est q materia suoꝛ bonoꝛ tpaliū p alimēta nō emittit s in eis retinet: z sic extinde magnitudo diuitiarū generat: z status ipsoꝛ sup alios augmētat. Isti sunt sicut serpentes q̄ sunt in yndia. de q̄bus dicit Plini. Qz in yndia sunt serpētes ita magni q ceruos z thauros transglutiant totos viuos. Un narrat. q regulus impatoꝛ quēdam serpentē iuxta fluuiū biagadam cū machinis z balistis occidit.qui centū viginti cubitos in magnitudine continebat:sicut pellis z maxille q̄ p magna tpa ante quoddā templū rome fuerūt suspense dilucide declarabant.Tales serpētes charissimi sunt hodie multi mali.qui in hoc seculo sunt ita magni:z in potētia:z scia:z in fuba z in fama q nō est qui possit eoꝛum malicijs obuiare. Sicut ptz de magnis diuitib⁹ vsurarijs aduocatis officialib⁹ z balliuis: q̄ ceruos.i.paupes nobilos.thauros .i. paupes agricolas p rapinas z verationes transglutiūt z psumūt.Istos s finaliter impatoꝛ deus p mortē vulnerabit z occidet. z pellem sue tpalis subē ab eis auferet atq̄ tollet. Et ideo de talib⁹ sic magnis serpētib⁹ dicit Apoc.xij.Ecce inquit draco magnus rufus:trahebat ad terrā cauda sua tertiā ptem stellarum celi.Et dicit de isto draconе q habebat multa capita multa cornua:multa hyademata.Draco iste charissimi signat tales magnos z potētes pctōres:qui p psperitatez sunt magni:p malicias sunt rufi. p falsitatē sunt caudati:p supbiā cornuti.p dignitates sunt hyademati.p diuersa officia plurib⁹ capitib⁹.i.mgris z fautoꝛib⁹ z capitaneis sūt adunati.Isti s stellas de celo cauda ad terrā trahūt:quādo malicijs vel rapinis viros bonos ad pauptatem deducunt:z qñ charitatē sui status eis auferūt: z eos ad statum infimū detrahūt z impellunt.Talibus ergo cōminat dñs Ezech.xxix.Ecce ego ad te draco magne q̄ cubas i medio fluminum ꝛc. Et sic igit patz de magnitudine bona z mala sufficit.

Maiestas. Cum maiestas dicat a maiori statu seu stare.ita q maiestas nihil aliud sit q̄ maior aut stabilior status:inde est q maiestas idē est q status:maioritas:excellentia:magnificentia vel potestas.possumus distinguere q est dare Maiestatem

Mumis glorioſi. Pña ē metuēda. Scda ē diligēda Tertia ē honorāda. Quarta ē euitāda. Homis virtuoſi. Culminis pcioſi. Uginis vicioſi.

Est inscrutabilis z mirabilis. Est bonorabilis z spectabilis. Est formidabilis z terribilis. Est delectabilis z amabilis.

Est dico inscrutabilis ꝓpter ꝓfunditatē: q.s. nullus intellectus sufficit inuestigare quanta sint diuine essentie: ꝓuidentie z scie. longitudo. latitudo. sublimitas z ꝓfundū. Nō hū figuratū fuit Exo.xl. vbi dī. Qz moyses nō poterat ingredi tectū federis nube opiente dia z maiestate dñi chorusc̄ate. Quia reuera tanta est nubes humane ignorantie:z tāta est obscuratio z claritas diuine magnificentie. q nullus est q̄ tectū federis possit intrare:hoc est dictu:peruenire ad certitudinē ipsius noticie z scie.Et hoc est qđ dī Prouerb.xxv. Qz qui pscrutator est maiestatis opprimetur a glia.Aduerte hī q sicut lz in sole sit mor⁹ imperceptibilis:z claritas intueri impossibilis.sic dor hī z maiestas ips⁹ mediāte nube vel speculo nobis cō tempant z ostendunt. Sic reuera mediante nube carnis humane quā xp̄s assumpsit:z speculo uteri virginalis in q̄ refulsit maiestas z gloria ist⁹ solis.s. dei nobis fuit ꝓpata z in hoc mūdo mirabiliter declarata. Un de btā incarnatione pōt dici illd qđ scribit.j. Paral:vij.Maiestas dñi impleuit domū dñi.Et.ij.Mach.ij.Apparebit maiestas dñi Un etiā de btā virgine dī Sap.vij. q ipsa fuit candor lucis eterne: z speculū sine macula maiestatis dei. Ut z nos regratiādo dicam⁹ illud Deut.v.Ecce oñdit nobis dñs deus nr̄ maiestatē z magnitudinē suā. vocē ei⁹ audiuim⁹ de medio ignis: z ꝓbauim⁹ hodie q loquēte deo cū homine viuerit hō.Uerūtm ꝓculdubio est aduertēdū. q sicut dī Numeri .xiij.Multi fuerūt de filijs isrl qui viderant maiestatē dñi in deserto:z tñ hoc nō obstāte ipsi inobediētes fuerūt z ipsz multotiēs p trāgressionē decalogi tentauerūt z ꝓpter hoc in deserto pierūt nec terrā ꝓmissionis intrauerūt:Dēs inquit hoies q̄ viderant maiestatē meā z signa q̄ feci in egypto in solitudine.z tentauerūt me iam p decem vices: nec obedierūt voci mee. nō videbūt terrā ꝓ qua iurauī patribus eoꝛ.Sic reuera dico de nobis miseris xp̄ianis: q̄ maiestatē dei in carne latentē: z in egypto hoc est in mūdo signis z miraculis chorusc̄antē fide vidim⁹ z videm⁹: q̄ tñ p diuersa vicia z p decē vices.i. p trāgressiones decē mandatoꝛ ipm ꝓtemnim⁹: nec voci ipius obedim⁹.seclusiōez ab introitu glorie paradisi merito formidare debem⁹.Unde Thob.xiij.dī. Qz ds oñdit maiestatē suā i gētē peccatricē Patet ꝫ maiestas diuina est inscrutabilis ꝓpter ꝓfunditatē. Itē dico q ipa est bonorabilis ꝓpter auctoritatē. Nōne antiq̄tus reges z pncipes induebant purpura: corona bant hyademate.decorabant sceptro:sblimabant in throno.associabāt lictoꝛib⁹.armabāt securib⁹.z magnificabātur fascib⁹.sicut de impatoꝛib⁹ z psulib⁹ romanis dī.p tytū liuiū z hoc totū fiebat vt ipoꝛ darioꝛ appareret maiestas:z vt ab alijs bonorarent z in reuerētia haberent.Decet eñ maiestatē maioꝛ p alijs clarescere.vt.s.etiā ex ipsa magnificētia status sui discāt subditi superiores bonorare:z eisdē humiliter obedire. Nō etiā in rege apum satis ostēdit qui quadā nature maiestate refulgens. maioꝛ z augustioꝛ ceteris repit.Ergit multo fortius maiestas diuia debet ceteris maioꝛ esse:z cūctis bonorabilioꝛ apparere. Quāta si vis Luce.xxj.Uidebūt filiū hois venientē in nubib⁹ celi cū ptāte magna z maiestate.Ergit ista est bonorabilis ꝓpē auctoritatē. Itē diuina maiestas est formidabilis ꝓpter seueritatē. Et reuera ad iudicē qñ exercet actū iudiciarū maxime aliōs ipios puniendo spectat q seueritatē oñdat.ad finē q q̄libet ipm timeat:z q p timoꝛe maiestat⁹ illi⁹ a malo q̄libet resipiscat. Istud aūt faciet dñs in iudicio. Quia sicut dī Mat.xxv. Cū venerit fili⁹ hois in maiestate sua z oēs angeli eius cū eo.tūc dicet his q̄ a sinistris sunt. Itē maledicti in ignē eternū.De terroꝛe etiā ipsi⁹ maiestat⁹ dī in ps.Uoꝛ dñi sup aq̄s:de⁹ maiestatis intonuit.Et Hester .xiij.Nō est q̄ resistat maiestati tue.Ergit ista ē formidabilis ꝓpter seueritatē. Itē diuina maiestas est delectabilis ꝓpter benignitatē:seu ꝓpter futurā felicitatem.Maiestas eñ regia vel papalis delectabilis z amicabilis est seruitoribus z familiarib⁹ suis. licet sit formidabilis inimicis. Sic vere maiestas glorie diuie sanctis erit delectabilis.licet damnatis sit terribilis.Un aplis dī Matth.xix.Cū sederit fili⁹ hois in sede maiestatis sue.tūc z vos sedebitis cū eo ꝛc. s. in paradiso vbi erit vobis gloria sempiterna.Justa illd Esaie.lx.Domū maiestatis mee glorificabo.Un de q̄libet beato pōt dici illud Baruc.v.Adducet aūt dñs cū.s.beatū cū exultatione in lumine maiestatis sue:cū misericordia z iusticia q̄ est ab ipo.Sic ꝫ ptz quō maiestas dei ē:delectabilis:formidabilis:bonorabilis:inscrutabilis. Sic ꝫ dico q in scptura repit maiestas numinis glorioſi. Et hoc est primū principale. Scdo principaliter dico q inuenit maiestas hois

virtuosi.qz reuera sicut lumen in lucerna exterius causat replendentiã luminosam.q̃.s.aerem illuminat circumstãtem.Sic lumen virtutũ qñ latet in corde bois virtuosi.solet quandã maiestatẽ mor.z quandã bonestatis refulgẽtiã exterius in gestu z habitu generare.q̃ totãm solet patriam bonis exemplis z documentis illuminare.z intuentiũ oculos delectare.Figurat⁹ in illo angelo de quo Apocal. xviij.q terra illuminata est a gloria ei⁹.vt de talib⁹ dicat illud Luce.ix.Erant aũt moyses z helyas visi in maiestate. Ista igit̃ est maiestas bois virtuosi. Tercio p̃cipaliter dico q inuenit̃ maiestas culminis mõtuosi.s.maiestas boni p̃cipis vl plati.vt de quolibet tali exponat illud Ezec. xliij.Israel ingrediebat p viam orientalẽ.z vox erat ei q̃si vox aquarũ multarũ.z terra splendebat a maiestate eius. Quia reuera bonus plat⁹ intrat sancte.s.p viã orientalem.Predicat alte.qz vox eius sicut aquarũ multarũ. Viuet honeste.qz terra.i.tota patria splendet a maiestate ipius.Est igit̃ maiestas culminis pretiosi. Quarto dico q inuenit̃ maiestas turbinis vitiosi.s.maiestas malor⁹ pũcipũ z plator⁹ q̃ est bodie in magna reputatione z potẽtia sed finaliter erit in magna desolatione z tristicia.Ad qđ expone illud Act.xix.Magne dee dyane templũ in nihilum deputabit̃.z destrui incipiet maiestas eius.Et sic ptz quomodo quadruplex est maiestas.s.malorum.maior⁹.iustorum atq deorum ẽ.

Maior. Maius. Nota q maioritas accipit̃ in bono z in malo.In malo eñ signat excellentiã statuum virorũ peccatorũ.In bono vo designat maioritatem dei z dominũ perfectorum

Notemus ergo q est quedam maioritas Cunctis Mobilior. Utilior Inanior. Deterior. Asperior

Primo ergo dico q nos inuenim⁹ i scriptura quandã maioritatẽ cunctis nobiliorem.Et ista est maioritas dei.q̃.s.est maior ois creaturis.silis soli q̃ maior est omnib⁹ luminaribus quantitate:claritate:potestate:motus:velocitate z vniformitatẽ.Maiorẽ eñ vniformitatẽ habet in motu q̃ alĩ.qz.s.nõ efficat retrograd⁹.qđ tñ nulli alĩ planete est concessum.Sic vere de⁹ est maior omnibus creaturis ꝓpter quantitatem sue infinite dimensionis.ꝓpter vtutẽ sue iuuicte dñationis.ꝓpter celeritatẽ sue limpide cognitiõis.ꝓpẽ velocitatẽ sue actiue opatiõis.ꝓpẽ vniformitatẽ sue ordinate pfectionis.Iste enim nunq̃ efficat retrograd⁹.i.defectuosus.s sp directe z iuste ordinate z sctẽ in suis actib⁹ pcessiu⁹.De⁹ g̃ dr maior In Scientie limpitudine Potentie plenitudine Essentie magnitudine

Dico in scientie limpitudine Ũ ipse est sicut aquila q̃ maiorem habet in visu limpitudinem claritatis.Ũ de ipso põt dici illud.iij.Re.x. Maior est scientia tua q̃ rumor quẽ audiui.Dico etiã in potentie plenitudie.Ũ ipe compat rinoceronti.cui⁹ fortitudo maior aliis animantib⁹ vniuersis est.Unde de ipso põt dici etiã illud Geñ.xlix.Tu fortitudo mea.tu ꝓncipiũ doloris mei:prior in donis maior in impio.Dico insup q maior ẽ in essentie amplitudine.similis elephanti q̃ in corpore maior est omnib⁹ animalib⁹ hui⁹ mundi.Ũ ipe põt dicere cuilibet illud.ij.Reg.xix.Decem ptib⁹ ego maior sum.Et bene cõdidit sapiens Eccli.xliij.Exaltate dñm q̃tum potestis maior eñ est oñi laude.Inuenim⁹ igit̃ in scriptura quandã maioritatẽ cunctis vtiliorẽ. Sctõ dico q nos inuenim⁹ in scriptura quandã maioritatẽ cunctis vtiliore.Et ista est illa qua boni p aggregationẽ meritor⁹ fiũt aliis meliores.Quanto ei concibilia marina maiorem baustũ ror̃ recipit:tanto maiorem margaritã in se concipit.Sic vere q̃to viri iusti maiorẽ baustũ roris gratie z scientie in se recipiunt:tanto maiores margaritã.i.maiorẽ sanctitatẽ z bonitatem cõcipiunt z acquirunt.Isti eñ sẽ similes stellis q̃ minime esse videnẽ.z tñ maiores tota terra esse a phis asserunẽ.Sic vere sancti in hoc mũdo credunẽ esse minimi.qz.s.sua spiritalis magnitudo nõ apparet hic.qz vicz nihil inter alios reputanẽ.z tñ in rei veritate apud deũ cẽteris sunt maiores.z maiorib⁹ virtutib⁹ sẽ pleniores De q̃ dicit Matth.xj.Qui minor est in regno celor⁹ maior est illo.Et iõ dr Mat.xviij.Quicunq̃ hũiliauerit se sicut puul⁹ iste: hic maior est in regno celor⁹.De beato iohanne ceteris mulioze dr Mat.xj.Qz inter natos mulier⁹ nõ surrexit maior iohanne baptista.Et breuiter istud est verũ q sicut ani malia maiora sẽ vt cõiter mitiora z humiliora.sicut ptz de elephantibus z de magnis equis.Juxta illud Eccli.iij.q̃to magn⁹ in omnib⁹ es tanto humilia te.Sic vere illi q̃ sũt maiores in bonitate z in dignitate.debent ceteris esse mitiores humilitate z benignitate Mat.xx.Quicunq̃ voluerit inter vos maior fieri sit minister vester.Ubi nota q tales q̃ bonitate vel dignitate sunt maiores.debent habere Jn statu auctoritatem Maior inquit.Jn Corde humilitatem Minister inquit.Jn factis vtilitatem Uester inq̃t. Rex eñ apum ꝑm doctores est corpore grandior.anio mitior.qz nunq̃ pungit.fructu vtilior.Inuenim⁹ igit̃ maioritatem cunctis vtiliorẽ. Tercio inuenim⁹ maioritatẽ cunctis inaniorẽ.Et ista est illa quã habent in hoc mundo diuites z potentes.q̃ diuitijs z bonorib⁹ ceteris sunt maiores.Inter araneas eñ ꝑm Plinũ femelle maiores sũt q̃s masculi.Arbores etiã q̃ sunt infructuose sunt maiores q̃s domestice vel fecunde.In locis etiã humidis z palustrib⁹ solent maiores arbores crescere q̃s in locis aridis atq̃ siccis.Quia,pcerto ꝑm loq̃ndo spũaliter illi in hoc mũdo ceteris paribꝫ in diuitijs z bonorib⁹ sunt maiores q̃ sunt feminine p fragilitatem q̃ sunt infructuosi p iniquitatẽ.q̃ sunt palustres p carnalitatẽ.Isti eñ figurant in illis de q̃b⁹ dr Mar.ix.Disputauerũt in via q̃s eor⁹ maior esset.Sz pro certo illi q̃ p pauptatem sunt sicci.illi q̃ p bona opa sẽ fructiferi.illi q̃ p strennuitatẽ sunt masculi.tales dico in mundo non sunt bodie maiores:sed in diuitijs et honoribus sunt minores.q̃uis quantum ad deum in gratijs z virtutibus sunt maiores.Ita q ꝓprie de eis possit bodie intelligi illud Geñ.xxv.Due gentes z duo ppli sũt in ventre tuo maior seruiet minori.Cũ eñ in vtero hui⁹ mundi sint due gentes.s.boni q̃ in virtutib⁹ sunt maiores.z mali q̃ in virtutib⁹ sunt minores.istud tñ sepissime videm⁹ q maior seruiet minori.z melior exteriori.q̃uis scriptura dicat Joh. xiij.Nõ est seru⁹ maior dño suo.Inuenim⁹ g̃ maioritatẽ cunctis inaniorem. Quarto inuenim⁹ in scptura maioritatem cunctis exteriorẽ.Et ista est maioritas vicior⁹.De qua Geñ.iiij.dicit cayn.Maior est iniquitas mea q̃ vt veniã merear. Quinto inuenim⁹ maioritatẽ cunctis asperiorẽ.Et ista est maioritas tormentor⁹ quã in inferno sustinebunt illi q̃ in hoc mundo habuerũt maioritatẽ bonorũ. De qua Jac.iij.Nolite plures magistri fieri fratres mei.scientes q̃m maius iudicium sumitis.Et hec dicta sufficiant de Maioritate.Uide supra de magno.

Malicia. Nota q malicia idẽ est q̃ cauta z deliberata fallacia.Sunt igit̃ maliciosi illi q̃ sub fictione z palliatiõe alicui⁹ boni sciũt malũ alijs ꝓcurare.Siles eñ sunt serpentib⁹ ampbibenis.de q̃bus dicit Isid.q habent duo capita.vnũ vicz in ꝓncipio z aliud in fine.vnũ in suo loco z aliud in cauda.z tñ vtroq̃ capite mordent.vtroq̃ ore venenũ effundunt.Sic vere tales duplici capite.i.duplici intentione sunt muniti.Habent ei in ꝓncipio vnum caput intentionis.z ista est ad decipiendũ.simulandũ.fingendum z adulandũ.Habent vo aliud caput intentionis in cauda.i.in fine.z istud est ad nocendũ.inuenenandũ z iniuriandũ.Quia.s.prima intentio malicioſi est vt decipiat.scda est vt noceat z inficiat.Ũ de talibus malicioſis capitib⁹ dr.iij.Reg.ij.Reddet dñs maliciam tuã sup caput tuũ.Et Eccli.ix.Corda filior⁹ hominũ implenẽ malicia.Quia sicut videm⁹ ille q̃ magis est malicioſus reputat ampli⁹ glorioſus.Quib⁹ tñ dr in ps.Quid gloriaris in malicia q̃ potens es iniquitate? Diligunt eñ boies maliciã sup benignitatẽ.iniquitatẽ magis q̃s loq̃ eqtatem.qz sicut dr Geñ.vj.Uidit de⁹ q multa malicia erat in terra.oñis eñ caro corruperat viã suam. Mos igit̃ faciam⁹ iuxta consilium scripture Diere.iiij.vbi dr. Laua a malicia cor tuum vt munda fias.Circa quod nota q nos debem⁹ lauare a malicia corda nostra multiplici rõne.qz.s.

Ueritatis rectitudini cõtrariat. Proximor⁹ quietudini insidiat. Infernali mestitudini consociat

Istud est eñ verum q peccatum malicie obijcit animor⁹ simplicitati.opponit ꝓmor⁹ vtilitati.supponit infernor⁹ penalitati.Primũ bz in ingressu.Sz scdm in ꝓgressu.Sz ter

cū in egressu. Primo igit dicam⁹ q malicia est fugiēda q: tollit in ingressu animaꝝ simplicitatē. Veritas em̄: innocentia ⁊ simplicitas p maliciā tollit. q: ista sibinuicē cōtrariant ⁊ opponunt. sicut bene innuit apls. j. Coꝝ. v. Mō in fermento inquit malicie ⁊ nequitie. sed in azimis sinceritatis ⁊ veritatis. Simplicitas em̄: innocentia ⁊ veritas bñt in se quandā inflexibilem rectitudinē qua. s. nesciunt aliud facere quā cogitare. aliud dicere q̄ sentire. aliud exteri⁹ q̄ interius machinari. sciunt em̄ q homo in scriptura maledicit: q̄ duab⁹ vijs terram ingredit Eccl̄i. iij. Sed ꝓcerto malicia istis est opposita. q: s. vnū habent in corde ⁊ aliud in ore. vnū habent in conscientia ⁊ aliud in apparentia. ꝗa sicut vulpes incedit claudicando serpens tortuose ⁊ nō recte grādiēdo. ⁊ iō dr anguis eo q angulose incedat. sic malicioſi in omnib⁹ factis suis a simplicitate ⁊ rectitudine solent cōtinue deuiare. ⁊ tortuose ⁊ fallaciter ambulare. Teste em̄ Richardo. Malicia est spontanee ⁊ deliberate prauo animo: malo cognito cōsentire. Beat⁹ etiā Aug⁹. in q̄dam epla dicit. Dr malicia est cum morib⁹ deceptorijs veritate palliata ꝓpriū cōmodū vl alterius incōmodū attendit. Quia ꝓculdubio tales sub pallio falsarū palliationuꝝ semp intendunt ꝓpriam vtilitatē vel alienū incōmodū p̄curare. Saura em̄ lacerta est minima cui⁹ venenū ante interficit q̄ vlor sentiat. Quia vere multi sunt ita malicioſi q ita sciunt venenū sue malicie infundere q nō ꝓcipit. vñ venit ita q homo damnū incurrit. de cui⁹ tm̄ malicia nō aduertit. Isido. etiā dicit q sunt q̄dam serpentes ita parui q vix possunt videri. ⁊ tm̄ cōtra venenū ipsoꝝ nō pōt remediū inueniri. Quia ꝓculdubio k̄m̄ venenū malicie nō solum abundat in magnis sed etiā in quis ⁊ paupib⁹. Sicut em̄ dr Eccl̄i. xiij. Nequissima pauptas in ore impij. Isti ei sunt minimi in statu ⁊ substantia. ⁊ tm̄ q̄n possunt maximi sunt in malicia. Quia sicut dicit Crisᵒ sup Matheū i omelia de berode: lz pulli serpentū sint in corpe breuiores: in veneni tm̄ malicia sunt equales. Sic ergo ptz q malicia fugienda est: q: tollit in ingressu animoꝝ simplicitatē. Scdo tollit in ꝓgressu ꝓpriꝝ vtilitatem. Ad hoc em̄ ordinat malicia puersoꝝ: vt alijs inferāt caute ⁊ sine deprehēsione nocumentū. Vide em̄ in oi genere maloꝝ q p malicioſas se ductiones: palliationes ⁊ falsitates ledunt ⁊ decipiunt vniuersos. Patet in vsurarijs q̄ sub specie mutui malicioſe p septimanas vel dies depaupant fenerantes. Patet in malis iudicib⁹ q̄ sub specie iusticie malicioſe decipiunt siue diripiunt innocentes. Patet in luxurioſis q̄ sub specie amicicie malicioſe decipiunt iuuenculas assistentes. Malicioſi em̄ siles sunt leonib⁹. q̄ malicioſe inter ramos ⁊ arboꝝ se occultant. vt ex insperato bestias rapiant ⁊ occidant. similes etiā cerasti serpenti q̄ eorp⁹ serpentinū absc̄dit. corpus vo arietis ostendit. ⁊ dum aialia nō cauent ipsa inuenenat ⁊ inuadit. Siles etiā sunt hyene q̄ fingens voces humanā ad exeundū exterius malicioſe canes ꝓuocat. vt eorum carnib⁹ lauteviuat. O quanta malicia vt ita aranea ad muscas capiendū. cattus ad mures rapiendū. vulpes ad comices ad se attrahendū. ⁊ ad gallinas deuorandū. lup⁹ ad oues decipiendum ⁊ comedendū. Sic ꝓculdubio mali in hoc mundo in executione suoꝝ maloꝝ operū malicijs ⁊ cautelis vtunt. ⁊ vnū fingentes ⁊ aliud intendentes. bonis ⁊ innocentib⁹ iniurianꝫ. ⁊ cū viribus nō valent. alijs per maliciā dñant. Sicut em̄ dr Joel. iij. Multiplicata ē malicia ppli mei. De malicia vo loquit Greg. in moral. dicēs. Mens inquit praua semp in labore est. q: aut mala molit q̄ alijs inferat. aut timet ne sibi ab alijs inferant. Et q̄cq̄d cōtra primos cogitat. hoc cōtra se estimat cogitari. Fugienda est q malicia. q: tollit in ꝓgressu ꝓpriꝝ vtilitatem

Dico q ista fuit vell⁹ gedeōis q̄ sicut dr̄ Judicū. vj. Istud vell⁹ tota terra sicca manente solū sine pluuia rorē habuit. Porta clausa ezechielis. It. Rub⁹ etiā ardere videbat et tamē cōbustionē non sustinuit: sicut dicit Exo. iij. Throno⁹ etiā salomonis de ebore puro t candido cōstruct⁹ fuit sicut dicit. iij. Reg. x. De mōte etiā daniel lapis sine manib⁹ fuit absc̄sus. Dan̄. ij. In porta etiā ezechielis nullus p̄ter dn̄m fuit ingressus. Ezech. xliij. Sic ergo p culdubio beata virgo sine pluuia carnalis voluptatis fuit rorida p pregnationē. Sine cōbustione t sine lesione sue integritat̄ fuit ignita p spūssancti in suo cōceptu operationē. Uterus etiā eius q̄ per castam virginitatez fuit candid⁹ et eburne⁹ salomoni. i. xp̄o factus ē throno⁹ per suā benedictā incarnationē. Siue etiā sine manib⁹ humane operatiōis lapis angularis xp̄s de monte sui p̄gnantis vteri fuit absc̄isus per sue natiuitatis p̄gressionē. Et sic ipe vterus suus factus ē porta clausa soli dn̄o apta et peruia per sue sancte virginitatis perpetuā p̄seruationē t p̄secrationē. Et sic patet marie virginitas in enigmatib⁹ figuraz̄. Itē p̄batur sua virginitas fictiōibus poetarū. Teste ei Ouidio dea palladis semp fingit virgo fuisse: et tm̄ fingit quendā filiū sine virili semine p̄cepisse: ipmq; filiū quia duplicis erat nature bois scz et serpētis: dicit in quodā scrinio secretissimo inclusisse Ista dea charissimi signat beataz virginē: quia scz p̄certo ista sine virili semine virgo filiuz gemine substātie. s. xp̄m q̄ deus erat et bō genuit et cōcepit: ipmq; in ista humanitat̄ nostre inclusit mirabiliter t absc̄ondit. Esa. xlv. Uere tu es deus absc̄ondit⁹. Itē p̄batur sua virginitas vaticinijs p̄phetaz̄. Unde Esa. vij. dicit. Ecce virgo cōcipiet et pariet filiū: et vocabit nomē eius emanuel. Istum em̄ virgo cōcepit: q̄ q̄dem emanuel. id est nobiscū deus dictus fuit inc̄natum deus et bō hic vna cum boibus habitauit. Patet ergo q beata virgo habuit virginitatem immaculabilem.

Deinde dico q ista habuit benignitatez inestimabilem. Tanta em̄ pietas t benignitas ē virginis: q ipa regina misericordie nuncupat̄. Ista em̄ est sicut adamas lapis q̄ ferri est attractiu⁹ t est lapis boīm reconciliatiu⁹. Ista em̄ ē lapis gutta⁹ aque cōtinue emissiuus et distillatiu⁹. Ista est em̄ sicut saphirus qui ē lapis carceꝝ aperitiu⁹ et vinculoz̄ etiā cōfractiuus. Quia p certo beata virgo p suā summaz clemētiā est ferri. id ē peccatorū ad veniā attractiua: et deo reconciliatiua. Est aquarū. id est gratiarū et beneficiorū continue diffusiua. Est etiā carceris inferni sepissime aperitiua: et vinculorū dyaboli. scz peccatorū suis intercessionib⁹ cōfractiua. Ista em̄ ligatos peccatores de potestate dyaboli eripit: et oibus in tribulatiōibus positis subuenit t succurrit. De hoc Ber̄n. in quodam sermone. Tue inquit misericordie beata virgo longitudo durabit vsq; ad iudiciū: latitudo replet orbē terrarū: sublimitas restaurat paradisum p̄funditas euacuat infernū. Habet igitur beata virgo benignitatē inestimabilē. Deniq; dico q ista habet auctoritatē insuperabilē. Ista em̄ habet potestatē in celo et in terra: in mari et in oibus abyssis. Ista em̄ est sicut lapis qui dicitur alectotricen: cui⁹ p̄sentia terret leonē. Ista ē sicut arboz q̄ dicit cedrus: que ratiōe altitudinis regina arborū dicit cui⁹ fragrātia fugat serpētes. Ista est sicut ebur quod pannū lineū positū super prunas p̄buri, p̄bibet sed prunā extinguit. Ista ē sicut arbor fraxin⁹ sub cuius vmbra demones venire nesciūt neq; possunt. Ista ē sicut saphirus in cuius medio generat carbunculꝰ xp̄us semp splendēs t nocte illuminās. Ista ē sicut aīal pulcerrimū t amicabile qđ dicit panthera: cui⁹ vox t eloquētia conturbat dracones. Et p culdubio charissimi per istā fugant̄ et terrētur et superant̄ inimici nostri demones: q̄uis ipi sint leones p seuiciā et crudelitatē. Serpētes per malicia t fallacitatē. Dracones p inuidiā et malignitatē. Et breuiter charissimi nullus hostis infernalis potest ledere quē beata virgo voluerit iuuare. Et ideo. Sub tuū p̄sidiū p fugimus scta dei genitrix: nr̄as ergo dep̄. ne despi. sed a cunctis periculis libera nos virgo beata. Ber̄n. em̄ dicit. Ille inquit sol⁹ taceat mi misericordiā tuā beata virgo q̄ te fideliter inuocatam sibi asserit defuisse. Et q̄d mir̄ si aduocata adest q̄ etiā p̄sto est nō vocata? Sic igit̄ p̄z q beata virgo hz potestatē insuperabilē: hz benignitatē inestimabilē et inexhaustibilē: habz puritatē imaculabilem. Et hec q̄tū ad indignitatē mee paupertime facultatis: t q̄tū ad pollutionē labior̄ meorum q̄

non sunt digna aperiri vt recta p̄dicent: quoniaz vir pollut⁹ labijs ego sum: ita q̄ diserte nescio loqui: q̄r puer ego sum sed nō pur⁹ aer: de maria sufficiāt q̄ sunt dicta. Hoc solū dic superaddere dignū duxi: cui⁹ formā semel in q̄daz libro scriptā inueni de salutatiōe virgis marie i p̄ncipio sermonū: q̄ d̄r. Aue maria ꝛc. In terra charissimi g̃ ad ℔ q̄ alijs bēat gr̃az nobiliū puellaz q̄nq; summope suffragāt: vicz

Curialis salutatio.
Sue pulcritudis p̄mēdatio.
Sui amici noiatio.
Sue fame recitatio.
Sui generis magnificatio.

Sic p̄cludubio charissimi: q̄r gr̃atiā beate virginis necesse habem⁹ acquirere in p̄senti. Hinc est q̄ debemus ipam salutare dicentes. Aue maria. Cōmēdare: dicētes gratia plena. Amicū suū. scz dei filiū noiare: dicētes. Dn̄s tecum. Famā ipius recitare: dicētes. Benedicta tu in mulierib⁹. Genus ipius magnificare: dicētes. Et benedictus fructus ꝛc. Dicam⁹ ergo p̄ gratia impetrāda salutādo virginē gloriosam. Aue maria gratia plena dn̄s tecuz ꝛc. Vel alio modo dic q̄ inter cetera q̄ sunt puellis virginib⁹ magis grata solēt esse flores: et potissime flores rosarū et etiā liliorū que virginib⁹ p̄prie adaptant. Et ideo p̄ impetranda gratia beate virgini acquiram⁹ florē illū quē sibi attulit gabriel angel⁹ de viridario paradisi. Aue maria ꝛc. In isto flore lilij sūt sex folia ꝟ sex folia lilij materialis: z ꝟ sex p̄rietates eiusdē. Flos em̄ lilij

Pollet candore.
Caret sapore:
Abūdat humore.
Claret regio honore.
Fragrat odore:
Precellit valore.

Quia scz liliū est signū regis sūciez eos qui portāt liliū demōstrat esse vel de familia: vel de genere regis Sic p̄certo beata virgo pollet candore p̄ pura p̄tinentiā. Ideo dicit Aue. i. sine ve. Caret sapore per penitētiā. Ideo dicit: Maria. i. amara. Abūdat humore per demētiā. Ideo d̄: gr̃a plena. Claret regio honore p̄ excellētiā. Dn̄s dicit. Dn̄s tecū. Fragrat odore p̄ fame redolētiā. Ideo dicit. Bn̄dicta tu ꝛc. Precellit valore p̄ eminētiam. Ideo d̄. Bn̄dict⁹ fru. ꝛc. Offeram⁹ igr̃ ẏgini gl̃iose lilium

Castitatis.
Amare penalitat̄.
Dignitatis.
Famositatis.
Utilitatis.

Et dicam⁹ p̄ gratia ipetranda. Aue maria ꝛc. Vl̄ alio modo potes notare q̄ inter illa q̄ magis placēt regib⁹ et reginis sunt lapides p̄ciosi. Et ideo p̄ gratia regie virginū ipetrāda: offeram⁹ coronā illā aureā ornatā oi lapide p̄cioso: quā angelus Gabriel de throno attulit paradisi. s. Aue maria. In ista em̄ corona sunt sex lapides p̄ciosi. i. sex speciales virtutes q̄ beate virgini applicant ꝛc. Applica et dic q̄ ista habuit carnis puritatē. Aue. i. sine ve. Mentis daritatē. Maria id ē illuminata. Morū vbertatez. Gratia plena. Firmam charitatē. Dn̄s tecum. Fame celebritatē. Benedicta tu in mulierib⁹. Operum bonitatē. Et benedict⁹ fruct⁹ ventris tui. Applica sex p̄dictas virtutes sex lapidib⁹ p̄ciosis sicut volueris: quia omitto causa breuitatis ꝛc.

Maritus. Cum maritus sit nomē Reverentie Diligentie. Amicitie: quia scz marit⁹

Ab vxore debet reuereri.
Statū dom⁹ debet intueri.
Sponse sue fidelis haberi.

Possum dicere q̄ triplex i. uenit marit⁹: vicz Anime eccie: sponse. Maritus aie est x̄pus saluator. Marit⁹ ecclesie ē p̄sul z pastor. Maritus spōse est cōiunx et tutor. Quilibet em̄ istoz maritorū vxorē sibi cōmissam debet diligere. Debet corrigere z dirigere. Primo g̃ d̄ x̄po dico q̄ ē marit⁹ aie spiritalis: z ipaz per fidē in baptismo despōsat. Juxta illud Osee. ij. Spōsabo te mihi in fide. Constat em̄ q̄ ipe istam ꝓiugē suaz diligit: dirigit z corrigit. Constat etiam q̄ sicut marit⁹ tanto zelo diligit vxorē q̄ nullum alium p̄ter se vult ei copulari: quinimo si alienoz colloq̄a obscura et cōsortia videt eam admittere: statim zelotip⁹ efficit z in ipam seuire z animaduertere cōprobat. Sic deus tāto zelo diligit animā christianā q̄ sibi soli vult eā copulari: z se ipi solūmodo copulare p̄ gratiā z per fidē. Gen. xxix. Nūc quoq; copulabitur mihi marit⁹ meus. Et ideo si videret q̄ cuz lenonib⁹. s. cū mūdo: carne: et demonibus p̄ vicia z errores habeat familiaritatē z colloquia: ipoz scz suggestiones admittendo et audiēdo solet tristis et desolat⁹ esse (Juxta illd. s. Mach. j. Omnis marit⁹ sumpsit lamentū) Et in ipam atrociter vindicare. Exemplo Sampsonis. De quo dicit Judicum xiiij. z xv. Oz vxor eius sumpserat aliū maritū: et ideo ipsam repudiauit z in pdilisteos vindicauit. Det em̄ aniam que ipam dimittit: et maritū sibi alīū querit: virūq; suū legitimū x̄pm respuit: contēnit z mūdo carni vel demoni se cōiungit solet repudiare: et de ipo decetero nō curare: sed ipam cum suis amatorib⁹ destruere z delere. Sicut de vasti deposita p̄ eo q̄ regē virum et maritū suū cōtempserat dicit Hester. j. Oz hoc exēplo oēs cōiuges paruipēdēt imperia maritoruz. Ideo deposuit eam Assuerus sicut dicit ibidez: z Hester substituit loco ei⁹. Aduerte tn̄ q̄ vxor ista scz aia p̄batur z examinat vtrū. s. maritū suū cōtempserit sibiq; fuerit infidelis: sicut p̄batur cōiunx suspecta p̄ aq̄s maledictiōis: sicut ponit Nume. v. Sed de hoc vide alibi vbi posita est figura. Christus ergo ē marit⁹ aie spūalis: qui scz p̄ ipa tuēda et saluanda se opposuit: z morti etiaz et cruci exposuit. Juxta illud Ruth. j. Mortuus ē belimelech marit⁹ noemi. Et ideo iste non ē ab ea cōtemnēdus s̄ fideliter dilibēdus. Un̄ de Thobia z sara dicit Thobie. x. Oz ipi monuerūt filiā suam honorare socrū: diligere maritū: regere familiā: gubernare domū: et seipam irreprehensibile exhibere. Secūdo dico q̄ p̄latus est marit⁹ ecclesie spūalis. Prelatus em̄ est ecclesie sibi cōmisse spiritalis maritus et sponsus: eius. s. tuitiōi et regimini spiritualiter deputat⁹. Hanc em̄ zelo magno diligere: sapiēter debet dirigere atq; regere: et seueriter corrigere et reducere. Quod scz ē cōtra multos maritos malos: qui eccias et vxores suas nō diligūt: nec eoz regiminibus et repationibus intendūt: sed alienas vxores appetūt: et alienas ecclesias et p̄laturas ambiūt et deposcunt. Similes thauris et equis q̄ vxore vna nō contēti sunt: sed cū multis z pluribus cōcubere querūt: et mugiēdo de vna ad aliā se diffundūt: ita q̄ secūda eccia pōt dicere patme illō qd̄ dixit lya rachel Gen. xxx. Que scz erat pulcra z ido marit⁹ dimissa lya vxore antiquiore et lippa: ipi quasi totaliter adherebat. Nunquid paz tibi videt si maritū meū p̄ripueris mihi ꝛc. Quia reuera tales mariti primā vxorē non diligūt: s̄ iuniores z pulziores cōtinue querūt: et nūnq; in aliqua pēdē figūt. Cū tn̄ dicat apls. Oz eom oportet esse vn⁹ vxoris virū: et circa vnā ecclesiaz occupari: vt sic dicat illud Gen. xxx. Mecū erit maritus me⁹. Est igit̄ p̄latus marit⁹ ecclesie spiritualis. Tercio dico q̄ vir siue spōsus ē marit⁹ sponse sue corpalis. z sic de marito materiali z corpali dicā q̄ iste debet vxorē diligere: dirigere z corrigē: et ab ipa diligi: metui et reuereri. Sz de istis nihil ad p̄sens. Vide vbi Coniugiū: q̄r pauce sunt h̄ auctoritates. Et vide in alijs titulis p̄ tinētib⁹ ad istam materiā sicut est Adulteriū. Fornicatio. Uxor. Femina. Coniunx. Vir. Spnsous et similia.

Marmor. Nota q̄ marmor est lapis durissim⁹ q̄nq; alb⁹: quādoq; niger: q̄nq; vari⁹ Et potest significare illos q̄ p̄ patientia sunt durati: et i bono p̄ constantia stabiliter roborati: et ad edificiū eccie tam militātis q̄z triūpbātis finaliter deputati. Sicut de Salomone dicit. ij. Paral. iij. Oz ipe strauit pauimētū templi p̄ cioso marmore decore multo. Un̄ de illis qui sustinēt eccīam dicit Cant. v. Oz crura ei⁹ colūne marmoree. Vel etiā in malo pōt significare illos q̄ per crudelitatē sunt duri z p̄ obstinatiōis malicia ad omne vicii indurati: sicut in fabulis dicit q̄ mobe fuit cōuersa in marmor durissimum et nigerrimū ꝛc. Transeo: q̄r paucissime sunt auctoritates

Martha. Que interp̄tat p̄uocās seu irritans: seu dn̄ans: fuit dn̄i hospita: q̄ scz Xp̄m suscipiēdo fuit largula. Fratri cōpatiēdo fuit emula. Fidē obediēdo fuit credula. Dn̄o seruiēdo fuit sedula. Sororē arguēdo fuit q̄rula. Sicut hec oia patet. Joh. xj. Quia scz ista ad resuscitationē lazari fratris sui dn̄m p̄uocauit. Sororē suā aliqualiter irritauit. Et in celis dn̄m impetrauit. Vide euāgeliū vbi supra: z diuide z distingue: z cōmenda beatā martham de Largitate. Charitate. Credulitate. Sedulitate. et Seueritate. Transeo: q̄r pauce sunt auctoritates

Martyrium. Oz quis exēpla z figure possent in natura z in scriptura plurime inueniri: q̄r tn̄ nomē martyris rarū est in scriptura: ita q̄ de martyrib⁹ nec themata nec auctoritates vocales inueniūtur. Hinc ē q̄ de martyrib⁹ pauca dico. Nota ergo

q̄ sancti martyres sunt hortorādi ⁊ exorādi: quia fuerūt p̄ xp̄o lapidati: et p̄ ipso pstiterunt: quia fidem fundauerūt: penas sustulerūt mundū contēpserunt celū elegerūt christum dilexerūt: tyrānos vicerūt: gloriā meruerūt. Prosequere sivis et vide in moralitatibus in tabula de martyre: vbi satis inuenies in manipulo florū in titulo suo. Et vide infra de tribulatiōe. Et. j. de sctis: vbi deo ꝓpicio mīta ponā.

Massa. Cū massa nihil aliud sit q̄ aliquarū rerum cōgeries inuicē collecta seu cōiuncta inuicem vel cōpacta ⁊ ad inde aliquid faciendū p̄ modū materie ordinata: multa possent dici: ꝫ transeo. Massas em̄ carnaz dauid plātauit. j. Reg. xxv. Regē in deserto pauit. ij Reg. xvj. Ezechiā curauit. iij. Reg. xx. et Esa. xxxviij. massa etiā pias et stupe draconez occidit ⁊ strangulauit. sicut dicit Dan. xiij. Et sic p̄ massam intelligit congeries virtutū: meritoz vel etiā bonorū hoim vel iustorū. Massa insuper impietatē in amphora pclusit. Zach. v. Et modicū fermentū totā massam corrūpit. j. Coz. v. Et ex esdez massa figulus vas in honorē et vas in cōtumeliā facit. Rom. ix. Et sic p̄ massam intelligit̄ male cōsuetudinis pōdus qđ in corde claudit impietatē ne exeat: vel malorū hoim cōgeries seu cumul⁹ quē modicū fermentū malicie seu male doctrine faciliter corrūpit vt feteat vel animaz a deo creatarum ozigo seu titul⁹ quē ordinet dei predestinatio vt ad vitā vel ad mortē veniat seu transeat. Sufficit q: modicū est de auctoritatibus ⁊c̄.

Masculus. Nota q̄ mascul⁹ cum sit nomē sexus pfectiōis. i. sexus virilis: vt cōiter signat in bono. Et ideo sicut mascul⁹ vt cōiter respectu sexus feminei ē cōditionis nobiliozis. cōplexionis calidioris: pfectiōis potētiozis. Sic vere cū in mūdo inueniā q̄si duplicationē sexū: bonorū. s. masculos et feminas: hoc est dictu: bonos et malos clericos et laicos prelatos et subditos: sic etiā istud certū est q̄ masculi. i. boni et pfecti viri ⁊ maxime boni ecclesiastici vel prelati sunt nobiliores in dignitate sunt calidiores in charitate sunt potētiores in constantia et firmitate. Istud em̄ cōstat q̄ masculi. i. viri pfecti ecclesiastici et prelati sunt digniores ad imperādū: sunt fortiores ad operandū sunt feruentiores ad diligendū. Et ideo antiquitus in lege nullū animal deo offerebat nisi masculū. Masculina em̄ et maxime p̄mogenita deo offerebātur et sibi etiā dedicabant. sicut dicit Exo. xiij. Omne masculinū sexus cōsecrabis dño. Ad denotandum q̄ soli viri masculi ⁊ virtuosi ⁊ pfecti deo sunt cōgrui et accepti et digni deo offerri. et eius vsib⁹ deputari. De agno em̄ paschali dicebatur q̄ debebat esse agn⁹ sine macula. mascul⁹ anicul⁹. q: scz pfecti viri et maxime ecclesiastici vel plati debent esse agni p̄ benignitatē. masculi p̄ strenuitatē sine macula p̄ innocētie puritatē. Notem⁹ ergo q̄ isti masculi videlicet plati respectu subditorū. Clerici respectu laicoruz. Perfecti respectu iniquoz debēt esse vel sunt sup istos digniores ad imperandū. fortiores ad operādū. aptiores ad generandū. Primo ergo dico q̄ tales habent virtutem sagaciter impandi q: sicut masculi naturaliter dñantur femellis: sicut etiā deus maledicens eue dixit sibi: subviri potestate eris. Gen̄. iij. sic vere tales pfecti viri debent ⁊ in p̄latione et in inrisdictiōe aliis p̄eminere et potestatē super alios obtinere. Teste ei Gen̄. Ancillā dñari: et dñam ancillari magna abusio est. Seneca etiā dixit. Oz graue est a deteriore cingi siue antriari. Et iō dicit Vegeci⁹. Oz tūc bñ respublica regebat. qñ nō erat maior nisi q̄ melior. Et ido masculi. i. viri pfecti debēt dominari: et debent in honoribus p̄ferri: sicut dicit Apoc. xij. Oz mulier peperit virum masculū qui rectur⁹ erat gētes. Quod ē contra multos q: sicut videmus: femine. i. viri impfecti: magis q̄n q̄ p̄ficiuntur q̄ masculi. i. viri boni: ⁊ magis volūt dñari q̄ viri boni ⁊ pfecti. In Amazonia femine retinent ⁊ masculi expelluntur: ita q̄ nullus mascul⁹ sed solū femine ad regimen admittunt. Quia vere hodie in hoc mūdo repelluntur sepissime ab officijs et diuinis illi q̄ sunt meliores: et admittunt illi qui sunt deteriores. Quod figuratū ē in pharaone qui p̄cepit masculos enecari: ⁊ feias reseruari. Et ideo hodie videt impletū illud Esa. iij. Populū meum exactores sui spoliauerūt: mulieres dñate sunt eis. Cuius equidē figurā et exēplū habem⁹ in illa muliere athalia: q̄ oē semē regium fecit occidi: vt sola posset in hierlm p̄cipari vbi tm̄ ineq̄ssime regnauit: et populū dñi a cultura dei reuocauit: ⁊ in tēplo adorari ydola fecit: sicut dicit. iij. Reg. xj. ⁊. ij. Paral. xxij. ⁊. xxiij. Jpa tm̄ finaliter fuit gladio interfecta. Jsta ergo feia charissimi typū ⁊ figurā gerit maloz: effeminatoz ⁊ incōstantiā platorū. q̄ ad finē q̄ possint regnare in eccia sepe nituntur extinguere deprimere ⁊ impugnare semē regiū id ē viros bonos ad q̄s debebat aliorū regimē ptinere: sicut sepissime patet ad sensum. Quia sicut dr Ecci. xxv. Si mulier sumpserit p̄cipatum: cōtraria est viro suo. Quo facto si in regimie p̄ualet: statim p̄ eorū malā vitā tēplū eccie destruit: de⁹ nō colit nec adorat: imo ydola dyabolica idē vicia et peccata in eccia colunt: et ipi a dyabolo finaliter in inferno p̄mūt. Quia sicut dr puer. xxviij. Regnātibus ipōs ruine boim. Masculi ergo debēt esse pfecti q̄ alijs p̄cipant: q: isti virtutē habēt sagaciter impandi. Secdo dico q̄ tales spūales masculi bñt virtutem viriliter opandi. Naturaliter em̄ masculi sunt fortiores ad opandū q̄ femine. Sic tales fortes et virili⁹ debēt bona opa exequi q̄ alij. In celo em̄ dicunt esse quedā signa masculina ⁊ q̄dā planete masculini: q̄ valde sunt fortiozis opatiōis q̄ alij. quia scz in celo eccie: illi qui sunt masculi. i. plati: clerici vel pfecti: debēt in bene opando esse fortiores et in bono ope p̄optiores. Nō tm̄ ē hodie p̄trariū. Inter vsos em̄ teste Plinio fallit regula: q: scz inter vsos femine sunt masculi fortiores. Sic vere in eccia femine. i. simplices ⁊ subditi sunt fortiores ad bene opandū q̄ clerici vel plati. Tercio dico q̄ tales spūales masculi habēt virtutē fortiter generādi. In generatione em̄ mascul⁹ se bz p̄ modū forme ⁊ agentis. Femina vero p̄ modum materie ⁊ patientis. Ad̄ ꝓpie ad masculū ptinet generare. Sic vere tales p̄ ceteris debent habere virtutē spiritaliter generādi. q: scz ipi debēt generare in seipis bona opa: ⁊ etiā alios debēt p̄ p̄dicationē et p̄uersationē dño generare. sicut faciebat apls qui dicebat. j. Coz. iiij. In xp̄o em̄ ihesu p̄ euangeliū ego vos genui ⁊c̄. Omitto gratia breuitatis. Vide in tabula q̄ finaliter fiet.

Maspbat. Nota q̄ maspbat erat loc⁹ vbi filij israel ptra tribū beniamin: ⁊ sceleus gabaon cōiurauerūt sicut dicit Judicū. xx. ⁊ xxj. Vbi etiā filij israel ad samuel cōuenerūt et vbi ipo oāte victoriā de philisteis habuerūt: sicut dicit. j. Reg. vij. ⁊. j. Reg. x. Vbi samuel pplm iudicauit sicut dicit ibidē. Et vbi iudas oēm masculū interfecit. j. Mach. v. Et vbi Godolias filios israel post destructā hierlm cōgregauit: sicut dr Hiere. xl. et. iij. Reg. xxv. Juterp̄tat aūt maspbat contēplās tēp⁹ vel speculator pcti. Applica si vis ad bonū vel ad malū q: trāseo.

Mathathias. Fuit pater machabeoz: ⁊ interp̄tat collat⁹ a dño: vel donū dñi aliq̄n. Vide hystoriā. j. Mach. j. et. ij. ca. Et applica prout occurrerit.

Materia. Nota q̄ cuz materia sit cuiuslibet rei originale p̄ncipiū passiuū dūtaxat: q̄ de sui natura ē in potētia ad oēs formas: habēs in se imperfectionē: potēs tm̄ acquirere pfectionē p̄ presentiā forme sibi vnite. Multa possent de materia dici et ad multa possz multipliciter applicari. Verū q: pauissime sunt auctoritates omitto. Vide si vis in introductorio meo meo: vbi primū capitulū est de materia et ipius cōditiōib⁹ ad diuersa moraliter applicatis.

Mater. Nota q̄ cū mater sit psona ī qua ⁊ de qua fet⁹ materialiter p̄creat. A qua fet⁹ nutritur et educat. Per quā fet⁹ regit et gubernatur. Spūaliter loquēdo. mater pōt accipi in bono et in malo. Unde p̄ matrē in bono pōt intelligi plat⁹ et gubernator: istructor et p̄dicator: nutritor et miserator. Dico q̄ mater pōt significare plat⁹ et gubernatores. Et sic deus pōt dicere mat̄ q: scz iste sicut mater portat: nutrit: fouet et diligit vniuersos dices illud. ij. Reg. j. Sicut mr vnicū amat filiū ita te diligebā. Sic etiā plati possunt dici mater: q: scz plati debēt filios nutrire. i. subditos verbo et exēplo: et temporali subsidio: vt sic q̄libet mater spūalis siue sit prelatus siue p̄dicator: siue etiam quilibet benefactor possit dicere illud Ecclesia. xxiij. Ego mater pulcre dilectionis et timoris et

agnitionis et sancte spei. Vbi aduerte q̄ prelati debēt esse

	Diligētes.		Dilectionis.
Matres.	Corrigētes.	quia mater	timoris.
	Dirigētes.		Agnitionis et
	Erigētes.		Sancte spei.

Primo ergo dico q̄ plat⁹ debet esse mater filiorū. id ē sub actor̄ ꝓpos fouendo et diligēdo. qz. s. mater solet filios diligere: et ipos nutrire ⁊ defendere. Dō ē contra malos plātos q̄ sunt sicut quedā porce que ꝑm Plinū solēt omnes filios suos deuorare ꝓter pannos. Quia. s. multi sunt mali plati q̄ filios. i. subditos suos deuorāt exactionib⁹ ⁊ rapinis: ꝓter illos q̄ apud eos sunt potiores ⁊ primi. s. familiares: ꝓsanguineos et amicos: ita q̄ tales non possunt ꝓprie dici matres: qz. s. isti cōtra naturā maternitatis ꝓprios filios magis q̄ alios cruciāt ⁊ flagellāt ita q̄ talibus pōt dici illud Ezech. xix. Quare mater tua leena cubauit inter leones. Isti em̄ dicunt̄ mater ꝓpter plationis maternitatem. Dicunt̄ leena ꝓpter inuasiōis crudelitatē. Dicunt̄ cubare ꝓpter delicias carnalitatē. Dicunt̄ esse inter leones ꝓpter voracē familiariū societatē. Timeāt igit̄ tales impie matres ne eis eueniat sicut scorpioni. Dicit em̄ Plin⁹ q̄ ē q̄dam species scorpionū q̄ q̄n q̄ cōcipit. xj. filios quos tamē cū peperit oēs incipit deuorare. Dō videns vltim⁹ salit super dunes matris: et eā pungit et occidit: et morte fratruz suoz vindicat atq; punit. Sic vere charissimi accidet talib⁹ iniqs matrib⁹ filios suos id ē pauper̄ subditos deuorantibus. Quia ꝓculdubio vltim⁹ frater illoz. s. xp̄us qui dixit Mar. iij. Qui facit volūtatē patris mei: ille frater meus ⁊ mater ⁊ soror est: ipos finaliter per mortē tp̄alem ⁊ ꝑpetuam vulnerabit ⁊ fratrū suorū iniurias vindicabit. Cant̄. j. Filij matris mee pugnauerūt cōtra me. Et Michee. vij. Filia cōsurget aduersus matrē suā. Non sic ergo sed sint plati bone matres subditos fouenda ⁊ diligēdo. Ego inq̄t mater pulcre dilectiōis: vt dicat q̄libet illud. ij. Reg. j. Sicut mater vnicū amat filiū ita te diligebā. Secūdo dico q̄ debēt esse matres subditos monēdo et corrigēdo: qz sez plat⁹ debet esse mater timoris. Sicut em̄ mater solet filio timorē incutere: et q̄n inuenit eū luto maculatū solet enim acriter verberare. Sic vere plat⁹ debet timorez suū in subditos ip̄rimere: et eos si delinquūt iuste ⁊ rigide castigare. Vñ Eccl. xv. Qui timet deū faciet bona: et qui cōtinēs est iustitie ap̄bendet eā ⁊ obuiabit illi quasi mater honorificata. Prelat⁹ em̄ sicut mr̄ honorificata bz malis subditoz desideriis obuiare vt timorem dei possit in eis generare.

Tercio dico q̄ isti debent esse matres subditos regēdo et dirigēdo. Agnitiōis inq̄t. Sicut em̄ mater tantuz habet de agnitiōe et industria q̄ filios suos regit ⁊ dirigit quous q̄ sciāt regē semetipos. Sic vere plat⁹ debet esse prudēs: sapiens ⁊ agnoscēs vt subditos debite dirigat atq; regat. Vñ bonus pastor dicit illud Joh. x. Cognosco oues meas ⁊ cognoscūt me mee: vt sic de tali matre possit dicere q̄libet subditus illud ꝓuer. iiij. Tenell⁹ et vnigenit⁹ fui cor̄ matre mea ⁊ docebat me. Et vere ad tales ptinet docere subditos et eos in moribus crudire. qz sicut ad matrē pertinet lactare filios cū māmillis et eisdē lactis dulcedinē ministrare. Sic ad bonū platū ptinet lac bone doctrine subditis distillare: ⁊ in bonis spūalib⁹ eos enutrire. Vnū tñ aduerte q̄ sicut puuli lacte maris sue ꝓprie laudabili⁹ nutriunt̄: sic subiecti lacte doctrine ꝓpij rectoris vel plati meli⁹ ⁊ laudabili⁹ informant̄. Quod est cōtra illos q̄ p vicarios faciūt subditis p̄dicari: ⁊ ipos p vicarios gubernari. Nullus em̄ pōt vt cōiter ita bene doceri ⁊ informari: regi ⁊ gubernari p vicarios. sicut p rectores et plātos. Magis em̄ ferē affect⁹ matern⁹ sup filiū q̄ alienus. Sicut exemplum habem⁹. iij. Reg. iij. de duab⁹ mulierib⁹ meretricib⁹: quaz mater ꝓpriū filiū noluit interfici. Alia vero mulier q̄ se matrē fingebat ⁊ nō erat: de morte pueri nō curabat dicens. Nec mihi nec tibi sed diuidat̄. Sicut de mercēnario dicit Joh. x. q̄ mercēnari⁹ cuius nō sunt oues ꝓprie videt lupū venientē ⁊ fugit: qz nō pertinet ad eū de ouib⁹. Et ideo iudicauit salomō dicēs de vera matre. Date huic infantē viuū bē est em̄ mater ei⁹. Isti ergo debent esse matres subditos regēdo ⁊ cognoscēdo. Agnitiōis inq̄t Col. j. Impleamini agnitiōe dei. Quarto dico q̄ isti debēt esse matres subditos tenēdo et erigēdo. Sancte spei inquit. Sicut em̄ mater puer̄ cū cadit in luto solet erigere: ⁊ ne iterū cadat ip̄m manu tenere ⁊ corporaliter sustinere. Sic plat⁹ debet sbditos in lutū cadētes. i. ad amorē bonoz temporaliū anhelātes sursum erigere ad spem ⁊ desiderū eternoruz: ⁊ eos ibi manutenere: ⁊ ꝓsse cōtinue ꝓseruare. Sancte inquit spei. Nulla em̄ alia spes ē sancta nisi spes bonoz paradisi. Et ideo ibi supiores sperare ⁊ ad sperādū subditos adiuuare dñt. p̄s. Sperate in eo ois cōgregatio ppli: effundite corā illo corda vra. Et in p̄s. Spera in dño ⁊ fac bonitatē: ⁊c. Dō est cōtra illos q̄ magis inducūt filios ad tēporalia diligēda q̄ ad eterna sperāda. De quib⁹ dicit. ij. Paralip. xxij. Mater em̄ ei⁹ impulit eū vt ipie ageret. Mō sic ego ꝑ sit plat⁹ Mater diligēs: corrigēs: dirigens: erigens. Ut sic ad plātos videat referri verbū bernardi dicentis sup cāntica. Discite vos subditoz matres esse nō dños: diligite magis amari q̄ metui. Sit in vobis materna pietas et paterna seueritas. Exhibete vos mr̄es fouēdo: patres corripiēdo: suspēdite verbera: ꝓducite vbera. Sic igit̄ patet q̄ mater accipit in bono ⁊c. Sed potissime accipiēdo in bono: possum accipe virginē gloriosam. Mater em̄ est nomē bonoris: nomē amoris: nomē dulcoris. Dico nomē bonoris qz. s. ista debet ab oib⁹ sicut mater oim̄ honorari. quā etiā sicut matrē creator oim̄ honorauit. Ista est em̄ sicut sapbit⁹ q̄ dicit mr̄ carbūculi ꝑ eo q̄ in ei⁹ vētre ⁊ venis carbūculus generat̄. quia. s. ista est mr̄ dei. qz in venis vteri sui ip̄e carnē accepit. Ita q̄ nos possum⁹ sibi dicere illud Joh. xix. Fili ecce mater tua. Et maxime a nobis debet honorari: qz. s. ipa est mater oim̄. Est em̄ sicut arbitime sia que dicit̄ mater herbaz qz ista ē mater oim̄ peccatoz ⁊ pfectorū: Sap̄. vij. Dim̄ bonorū mater est. Et ideo debz a nobis honorari sicut mater figurata in imagine terre q̄ vocata fuit aia mater. Teste em̄ Isid. Antiqui vidētes q̄ terra mater esset ⁊ nutrix oim̄ viuentiū: voluerūt vt deā eam colere: et fecerūt sibi vnā imaginē quā alma mater vocauerūt: quā sedentē in medio currus collocauerūt clauē et tympanū in eius manib⁹ tradiderūt: et in capite ei⁹ coronā de turrib⁹ imposuerūt: galli et aues ip̄am sequebant̄: ⁊ in ei⁹ p̄ntia leones ꝓsternebāt̄. Ista ē ꝓprie imago virgis gloriose. Ista em̄ est in virtutib⁹ fecūdissima. Et ideo influētia sue gr̄e ē oim̄ spiritualiter viuentiū nutritiua. qua ꝓpt̄ alma mater est merito nūcupata. Vñ etiā de ea canit̄ Alma redēptoris mater. Ista dicit̄ sedere in curru. qz sez in sancto sabbato dū discipuli (inter q̄s erat) vidētes xp̄um mortuū de fide dubitarēt: et more currus curreret ⁊ cogitatiōib⁹ fluctuarēt: ipsa sola imobilis in fide sedebat: sicut vnica colūna ecclesie fidē ne caderet sustentabat ꝓpter qd̄ dies sabbati specialiter ei applicat̄. iij. Reg. ij. Positus est thron⁹ matri regis et sedebat ad dexterā eius. Ista ergo tenet clauē in manu per quā intellige misericordiā. p quam solā padisus peccatoribus apit̄. Tenet etiam tympanū: p qd̄ intelligo iustitiā et potentiā: p quā solā exercit⁹ demonū deterret̄. Et ideo dicit̄ Cañ. vj. Terribilis vt castro. acies ordi. In capite etiā portat coronā. qz. s. sicut regina angelorū a xp̄o mirabiliter coronat̄. Quia sicut dicit̄ in p̄s. Corona aurea su. ca. eius. Quid plura: ꝓculdubio: galli. i. ē angeli et viri cōtemplatiui et deuoti istam secunt̄ ei seruiendo per deuotionē. leones vero. i. peccatores corā ea prosternūtur p orationē et p sue misericordie implorationem Galli ei et leones. i. angeli et boies pfecti et peccatores indigēt maria sequunt̄ mariā seruiūt marie. respiciūt ad mariā In ipa em̄ ꝑm Bern̄. Inuenit angel⁹ leticiaz. Justus gratiā. Peccator veniā: tota trinitas gloriā. Ista est ergo mater bonoris. Eccl. xv. Obuiabit illi q̄si mater honorificata. Deide dico q̄ ista ē mater amoris dulcissimi et honesti. Ista ē em̄ q̄ sicut mater ꝑ defendēdo filio verbera. to patris verberib⁹ se opponit: et ip̄m filiū tegit ⁊ ꝓtegit ⁊ defendit. Quia vere charissimi beata virgo ꝑ filijs suis id ē ꝑ sibi devotis: patri nostro deo pijs orationib⁹ se opponit et ad reprimendū verbera damnatiōis eterne misericorditer se interponit. Ideo dicit Hiere. xlix. Mūquid pōt mater oblī. infan. suū ⁊c. Deinq̄ dico q̄ ista est mater dulcoris. Pre dulcedine em̄ cōpassionis ista semp cōdolet miseriis alioz. sicut apparuit Joh. xj. Vnū non babētib⁹ cōs

pāſſa ꝓ pijs filijs exorauit. Quia certo si vinū spūalis cō
ſolatiōis nobis deficiat. ipſum nobis a filio si ad ipaz recur
rimus ſpabit. In figura cui⁹ dicit Joh. xix. q̄ ſtabat iuxta
crucē ieſu mr eius. Quia. ſ. iſta ſemp adeſt boib⁹ cruciatis
Sic igit patet quō iſta pōt dici mr. Ita q̄ ꝓprie de ea pōt
dici illud Gall. iij. Que ſurſum eſt hieruſalem libera ē
et hec mr noſtra ē. Et Sap. vij. Omniū bonoz mr eſt. Et
ſic patet q̄ per matrē pōt intelligi mater nr̄a beata virgo.

Sz adhuc dico q̄ mr pōt accipi i malo. Et ſic mr pt dici
Mūdi ꝓſperitas et habitatio. Iſte em̄ ſunt quedaz
Carnis carnalitas et delectatio. mres improbe: et pe
Hoſtis fallacitas t defraudatio. ſtifere q̄ nos percuti
unt petōres. Mūd⁹ ergo eſt mr oim anaroz. Un̄ de tali
mre dicit Ezech. xvj. Radix tua de terra chananea: pr tu⁹
amoꝛre⁹. et mr tua cetbea. Expone ſi vis. Caro eſt mr oim
immūdoz. Et ideo tales poſſunt dicere illud ps. Ecce em̄
in iniq̄ta. cōce. ſum. et in pe. cōce. me mr mea. Hoſtis ē ma
ter oim ſuperboz. Ita q̄ de ipo t de q̄libet filio ſuo poteſt
dici illud. ij. Para. xxij. Mater ei⁹ impulit eū vt ageret im
pie. Et h̄ de mre ſufficiāt tam in bono q̄ in malo.

Matrimoniū. De matrimonio ꝓnubio. cō
iugio. celibatu. multa poſſent
dici ſ pauciſſime ſunt auctoꝛitates. Eſt em̄ matrimonium

Spirituale. Spirituale eſt chriſti et aie.
Sociale. Sociale ē plati et eccie.
Cordiale. Cordiale iter duos mutui amoꝛ.
Coꝛporale. Coꝛpale vero viri et vxoꝛ.

Ita poſſent multipliciter deduci: ſ auctoꝛitates vocales
deſunt. Vide ergo vbi Coniugiuz t Coniūctio. Et vbi ſpō
ſus et ſimilia.

Maturitas. Maturare. Nota q̄
matura
re q̄nq̄z accipit ꝓ accelerare ſicut cū dr. Quis maturauit
opus. iter vel negociū. Et ſic vt cōiter accipit apud tytū li
uiū et alios antiquos hyſtoꝛiographos. Sic etiā ſumitur
Gen. xxxij. vbi de iacob dicit. Oꝛ cū mature ſurrexiſſet tu
lit duas vxoꝛes ſuas t c. Et. ij. Mach. vij. Jnuocās inquit
deū gēti nr̄e maturi⁹ ꝓpicū fieri. Et Act. xxv. Promiſit ſe
feſſus apud ceſareā maturi⁹ ꝓfectuz. Q̄nq̄z aut̄ t cōiter
ſumit ꝓ cōditiōe ſeu diſpoſitiōe fructuū vtpote q̄n dicit.
Oꝛ vue vel ſegetes ſunt mature: h̄ eſt dictu. Plene diſpo
ſite t pfecte: et ad vltimū ſuū complementū deducte: et ſic
ſumit Gen. xl. Vbi ille vidit vitem vbi erāt tres ꝓpagines
t creſcere paulati gēmas: et paulati vuas matureſcē. Jgr
moraliter loquēdo dico q̄ maturitas in bono ſumit et in
malo. In bono em̄ ſignificat Diſpoſitionē: pfectionē t cō
plementū cuiuſlibet rei bone. Et ſimiliter in malo comple
mentū t ꝓſummationē mali. Mā ſicut fruct⁹ matur⁹ dici
tur: q̄n ad illū ſtatum puenit in quo cōgruū eſt q̄ colligat
et ad vſus hoim deducat. Sic vere q̄cūq̄z negociū matu
rū eſſe dicit: q̄n ad cōplemētū ſuū ad quod ordinatuz fue
rat ē deductū. Unde de bona maturitate et pfectiōe: et de
impfectis q̄ ad eā nō attingūt dicit Eſa. xxxvij. Oꝛ facti ſē
ſicut fenū agri: et gramē paſcue: t herba tectoꝛ q̄ exaruit
añq̄ matureſceret. De mala vero maturitate. i. de com
pleméto vicioꝛ t cōſummationē in malo dicit. Apoc. xiiij
Mitte falcē tuā t mete: q̄n venit hora vt metat: qz matu
rauit meſſis terre. Loq̄tur em̄ ſimilitudinarie. q. d. Sicut
meſſis q̄n matura ē colligit: ſic ꝓgeries repꝛoboꝛ q̄n ma
tura et i vicijs conſumata fuerit t ꝓpleta: neceſſe ē q̄ dānet
Jgr ps q̄ loq̄ndo moralit nos iuenim⁹ q̄ ē maturitas in

Vultu. In oibus em̄ homo eſſe debet maturus: et in
Geſtu. virtutib⁹ cōpletus: et in honeſtis moꝛib⁹ mo
Actu. deſt⁹ et i opib⁹ circūſpect⁹. Maturitas ei ꝓ
Greſſu. uidā grauitatē t deliberatiuā tarditatē ſignat
Senſu. quā ꝓcerto prudēs hō i ſuis opibus et vbis
factis et geſtib⁹ ſemp ſeruat. Leuitas em̄ et in cōſtantia. ce
leritas et feſtinātia: ſcurrilitas et inſolētia: maturitati op
ponūtur. Et ideo viri prudētes t honeſti talia deteſtantur
t in maturitate debita delectant. Dicat igit quilibet talis
illud ps. Preueni in maturitate et clamaui quia in verbo
tuo ſuſperaui. De maturitate igit gravitate et honeſta
te moꝛū multa poſſent dici ſed deficiūt auctoꝛitates. Vide
vbi honeſtas. Prudētia. Deliberatio. Tarditas t ſimilia.

Maxilla. Cum maxille ſint ꝓtes corꝓis anima
lis q̄ ſcz dentib⁹ armant. fletib⁹ irriga
tur: ictib⁹ adaptant. fumib⁹ artant ſeu frenant. Dicam q̄
ꝓ maxillas eccie intelligo viros iuſtos. q̄ reuera armātur
dentib⁹ diſcretiōis vt valeāt cūcta ruminare. Rigātur fle
tib⁹ deuotiōis vt valeāt digna germinare. Brauantur icti
bus tribulatiōis vt valeāt mala tolerare. Ligant̄ ſeu fre
nant̄ fumib⁹ coꝛrectiōis: ſeu diſciplīne et coertiōis ne vale
ant nimis euagari. Vel ſi vis: dic q̄ maxille ſignificāt du
plicē anime potentiā. ſ. ſuperioꝛē hec eſt virt⁹ intellectiua.
et inferioꝛē: hec eſt virtus affectiua et volitiua. Quia reue
ra tales maxille ſpūales debēt eſſe fletib⁹ rigate per penitē
tiā. Treñ. j. Ploꝛās ploꝛauit in nocte et lachꝛyme eius in
maxillis ei⁹. Jtē debēt eſſe ictib⁹ aptate ꝓ patiētiā. Treñ.
iij. Dabit ꝓcutiēti ſe maxillam: ſaturabit obꝛobꝛijs. Jtez
debent eſſe fumib⁹ frenate ꝓ diſciplinā: prudentiā et tēpe
rātiā. ps. In chamo et freno maxillas eoꝛ cōſtringe q̄ nō
appꝛoximāt ad te. Vel ſi vis in malo ſignificato. Dic q̄
maxille in quib⁹ ſunt dētes q̄ mordent et edūt: ſignāt cru
delitatē maloꝛū: quā deus finaliter ictib⁹ tribulationū fe
rit: et freno debite coertiōis conſtrigit: et fletibus deſpera
tiōis cingit. Unde dñs loquēs tyranno ſub figura draco
nis Ezech. xxix. dicit ſic. Ponā inquit frenū in maxillis tu
is: et extrabā te de medio flum̄nū tuoꝛum t c.

Maximus. Nota q̄ maximus dicit: vel ſim
pliciter vel cōpatiue: vel ſaltem ex
timatiue. Simpliciter dico: ſicut de⁹ dicit maxim⁹: qz ni
hil ē deo mai⁹. Compatiue ſicut illa dicunt̄ maxia q̄ reſpe
ctu alioꝛ ſunt ardua atq̄ magna. Extimatiue vero ſicut
nos illa extimam⁹ ee maxia: q̄z magnitudo nr̄e ibecillita
ti t ipotētie ē igta. Mōbo igr q̄ i ſcptura repit maximitas

Jmmortalis eſſentie. Primo igit dico q̄ inuenitur
Virtualis excellētie. vnū maximuz qđ ē immortale.
Tempalis pēnūtie. Et iſtud eſt de⁹ q̄ eſt ſumm⁹ et
Criminalis peſtilētie. maxim⁹ ſup oēs. Un̄ Heſter
Supnalis opulētie. xvj. dicit. Oꝛ iuſtis vbentes legi
Jnfernalis violētie. bus ſunt filij altiſſimi t maximi

ſemp q̄z viuētis dei. Secundo dico q̄ inuenit̄ vnū max
imū quod ē virtuale. Et ſic dico: q̄ q̄libet homo virtuoſus
eſt maxim⁹: eo q̄ in maximis ſe exercet: et maxis virtutib⁹
eſt replet⁹: Ecci: xlvj. Fortis in bello ieſus naue ſucceſſoꝛ
moyſi in ꝓphis. qui fuit magn⁹ et maximus in ſalutem elec
toꝛ dei. Tales em̄ dicunt̄ maximi: quia cōtinēt maxima
agūt maxima. attingūt vſq̄z ad maxima. et ꝓmerent̄ ma
xima Et ſic dico q̄ iſti ſunt maximi p limpitudinē ſcientie.
Ecci. ir. Hanc aūt vidi ſub ſole ſapiētiā et ꝓbaui maximā
Et Hiere. xxxj. Omnes em̄ cognoſcent me a minimo vſq̄z
ad maximū. Jſti ſunt maximi p rectitudinem iuſticie. ſicut
em̄ dicit Prouer. xv. In abūdanti iuſticia virtus maxima
eſt. Hoc em̄ maximū et primū eſt mandatuz. Math. xxij.
Jtē iſti ſunt maximi p fortitudinē potētie ſeu cōſtātie. Ju
dicū. xvj. Dic mihi obſecro in q̄ ſit tua maxima fortitudo.
Un̄ de morte cuiuſlibet talis viri poteſt dici illd. ij. Reg. iij
Princeps t maxim⁹ cecidit hodie in iſrl. Hoc eſt igit vnū
et maximū qđ eſt virtuale. Tercio dico q̄ eſt vnū maxi
mū quod ē tpale. Et ſic dico q̄ in extimatiōe mūdanoꝛ q̄
dam dicuntur maximi ratione ſcientie ſecularis. Quidaz
ratione potentie magiſtralis. Quidam ratione opulentie
tpalis. Et reuera tales q̄ ita maximi reputāt. Sunt dediti
cibis atz pinuijs. Sunt dediti lucris et auaricijs. Et dānt
penis atz ſupplicijs. Sunt dico dediti cibis t caſtrimargijs
Un̄ de aſſuero dr Heſter. j. Oꝛ ipe iuitauit omnē pplm q̄
erat in ſuſis a minio vſq̄z ad maximū. Sunt etiā dediti lu
cris et auaricijs. Quia reuera ſicut dicit Hier. viij. A mi
nimo vſq̄z ad maximū oēs auaricie ſtudēt. Finaliter ve
ro oēs erūt dediti penis atq̄ ſupplicijs ſcz in inferno. q̄a
potētes potenter tormenta patient̄. Sap. v. Unde. ij. ma
chabeo. xiij. dicit. q̄ iudas interfecit viros milia. xiij. t ma
ximū elephantoꝛū. Eſt igit vnū maximū quod ē tempale.

Quarto dico q̄ eſt vnū maximū quod eſt criminale. Et
iſta eſt maximitas culpe. Peta em̄ dicunt̄ maxima. vel q̄a
multa: vel quia peſſima: vel etiā qz dei q̄ ē maximus offen
ſiua: vel glorie eterne q̄ maxima eſt pditiua: vl pene eterne
q̄ maxima ē cauſatiue. ſicut venenū dr maximū vel quia

ritatē vel virtute. Et sic dico q̄ maxima petā dicūtur ydolatria. superbia. luxuria. de ydolatria dī Exo. xxxij. Oz moyses rependit aaron ꝓpter adoratiōnē vituli dicēs. Quid fecit tibi ppls iste vt induceres sup eū petīm maximū? Et Job. xxxj. dī de adoratione solis z lune. Oz hec ē iniq̄tas maxima. z negociatio ꝑ deū altissimū. De superbia vo dī in ps. q̄ si mei no fuerint dñati tūc ima. ero. z emū. a delicto maximo. De adulterio vo seu luxuria dī Job. xxxj. Si deceptū est cor meū sup mulierē. z ad ostiū amici mei insidiatus sum. Sequit. Hoc eīm nephas ē. z iniquitas maxima. Istud ē igit vnū maximū qđ est criminale. Quinto dico. q̄ inuenit vnū maximū qđ ē supnale. Et hoc est gloria paradisi. vñ de ista maxia gloria dici pōt illud Sap. xviij. Sanctis aūt tuis maxima erat lux. z. ij. Pe. j. vbi dī. q̄ deus pater p xp̄m maxima z p̄ciosa nobis ꝓmissa donauit. vt diuine efficiamur cōsortes nature. Eccia. n. triūphans maxima dī. qz etiā ipa eccia militans q̄nq̄ maxima vocatur. sicut. ij. Macha. xiij. dī. q̄ nichanor venit ad maxim z sanctissimū templū. Et ibidē i principio dī. q̄ alchimus p pecuniā (q̄ erat pessimus) factus est summus sacerdos maxim templi dei. Inuenit ergo vnū maximū. qđ ē supnale. Sexto dico q̄ inuenit vnū maximū qđ ē infernale Et istud est immensitas pene inferni. de qua pōt dici illud Gen. xij. q̄ deus flagellauit pharaonem plagis maximis Sufficit. Vide supra vbi Magnus z Maior. Quia multa posui de Magnitudine.

Maxime Nota q̄ istud aduerbiū maxime ē ad uerbiū significās p̄cedentiū adiūctionem augmentationē z maiorē affirmationē. z distinctiōis specialem denominationē. z idem signat qđ potissime vel qđ p̄sertim. c̄. Omitto. quia paucissime sunt auctoritates vocales.

Echari Nota q̄ mechari idē ē qđ cū alicna vxore cōcumbere vel luxuriari. Et sic dico q̄ mechari accipit ꝓ fornicatōne spūali. corpali z cordiali. Spūalis ē q̄n aia p fidem vro sponsata. adheret adultero. pctō vel dyabolo. vn de de tali aia sic mechante dī Hiere. iij. Vidit p̄uaricatrix iuda. qz p eo q̄ mechata ē auersatrix israel dimisissem eā. z dedissem sibi libellū repudij. nō timuit. ꝙ mechata est cū ligno z lapide. i. cū ydolis ligneis z lapideis. ipa. s. adorando. Corpalis est q̄n vnus cōiugū alteri fidem frangit. De quo Exo. xx. Nō mechaberis. Cordialis vo q̄n quis licet nō corpore saltē mente z completa volūtate cōsentit actu aliter in peccatū. de quo matb. v. Qui viderit mulierem z ꝯcupierit eam. iam mechatus est eam in corde suo. Vide vbi Luxuria. Fornicatio. Adulteriū.

Mecum Nota q̄ istud aduerbiū mecū sp signat societatem siue bona fuerit siue mala.

Nota ergo q̄ in scriptura iuuenitur Mecum

Gloriosum.	Mecū gloriosum signat societatem dei z
Virtuosum.	beatoz. q̄. s. secū sunt in paradiso. ita q̄ q̄
Dulcoroſum.	libet pōt dicere illud Lu. xxiij. Hodie mecum eris in paradiso. z Lu. xv. Fili tu semper mecū es z oīa mea tua sunt. Vbi adu
Vicioſum.	
Doloroſum.	

uerte q̄ istud mecū habet charitatē inestimabilē. Fili inquit. Habet firmitatē sp durabilē. Tu inquit mecum es. Habet bonitatē cōicabilē. Quia oīa mea tua sunt. Itē mecū vtuosum signat societatē dei z viroz pfectoz. de q̄bus ipe dixit Lu. xj. Pueri mei mecū sunt i cubili. Ista. n. societas intelligit p gr̄am z charitatez. Et ista est societas

Flebilium consolatiua.	Dico ergo q̄ p talem societatē
Debiliū roboratiua.	flebiles ꝓsolant. vñ Ezech. iij.
Dolentiū mitigatiua.	Man? aūt dñi erat mecū consortans me. Debiles roborant. ps. Si ambulauero in medio vm. moz. non time. ma. q̄n tu mecū es dñe. Dolentes mitigant. ps. Et tu dñe fac mecū ꝓpter nomē tuū. q̄n suauis ē mia tua. Et iō breuit societatē talē debem? sectari. z ipam p gr̄am freq̄ntare. sicut etiam ipe hortat mat. xxvj. Sustinete h̄ z vigilate mecū. Vbi aduerte q̄ tal? societas debet in patientia tolerari. Sustinete. Debet cum diligētia freq̄ntari. Vigilate. Debet cū amicicia copulari. Mecū. Prosequre si vis. qz illi q̄ a tali societate recedūt reprehendūt. sicut ibidē dī. Nō potuistis vna hora vigilare mecū. Istud ē igit mecū virtuosum. Item ē mecū dulcoroſum. qđ signat societatē mutuā bonaz ꝓpriaz. qua nichil dulcius inuenit. De qua. q̄. Reg. xx. Veni mecū vt requiescas. Item mecū ē vicioſum. Et istud signat societatez boim̄ quer sozz z etiā ꝓditoz. de qua Lu. xxij. Ecce man? tradentis me mecū ē in mensa. Item ē mecū doloroſum z istud signat societatē mortuoz z dānatorū. de q̄ samuel mortu? z in iferno posit? dixit sauli in crastino morituro. j. Reg. xxviij. Tu z filij tui cras mecū eritis. Si vis adhibe exempla sicut de societate inuenies. vel forte intendo facere vnū tractatū. de Mecū. Tecū. Secū. Nobiscū. Vobiscum. Vide. ē. satis plene vbi Cum.

Medicus Medicina. Cū medicina sit remediū ꝑ morbū. videt q̄ oīa illa q̄ ꝑ morbos viciоz adiuuant debeāt dici medicine. Sicut. n. videmus q̄ animalia q̄n se sentiūt infirmari certas sibi ꝓparāt medicinas. sicut patz de cane. q̄ comedit gramē vt faciat vomitū. de ceruo q̄ vtit diptano. de elephante q̄ vtit olea q̄n se capit venenatū. Sic vere bō q̄n sentit q̄ p vicia est infirmus. debet ꝓuidere z recipe spūalia remedia medicine. Juxta illud Eccle. xviij. Ante languorē adhibe medicinā. Et bene dicit. Ante languorez. s. inueteratum. Quia ꝓcerto. q̄n languor infirmitatis peccati p malā consuetudinē indurauit. tūc ipm spiritalis medicus relinquit. Iste autem spūales medicine sunt

Ecclesie sacramenta.	Altissim? eīm de terra creauit medicinā.
Sacre pagine vocumenta.	z vir p̄udēs nō abhorrebit eaz. Eccle.
Correctionū aspera argumenta.	xxxviij. Sunt. n. hec
Et ꝓsolationū dulcia monimēta.	necria ad medicamētum Thob. vj. Et

aduerte q̄ sicut in medicinis corpalibus.

Quedā sunt incisiue z mordicatiue.	Sic vere dico q̄ medicine spūales. s. gratia z virtutes sunt diuersimode et multipliciter in anima operantes. qz scz
Quedam attractiue z aggregatiue.	
Quedam solutiue z liquefactiue.	
Quedā expulsiue z vacuatiue.	
Quedā ꝓsumptiue z maceratiue.	
Quedā resumptiue z impinguatiue.	
Quedam lenitiue z demulsiue.	Quedam operatur incidēdo z mordicādo. hec sunt timor z ptritio. Quedā attrahendo z aggregādo. hec sunt ꝓsideratio z discussio. Quedā resoluendo z in lacrimis effluēdo. hec sunt cōpūctio z compassio. Quedā euomēdo z vacuādo. hec sunt ꝓfessio z viciоz revelatio seu emissio. Quedam ꝓsumēdo z macerādo. hec sunt pnia z afflictio. Quedā resumēdo z impinguādo. hec sunt clemētia z deuotio. Quedā leuiādo z demulcendo. hec sunt benignitas z ꝓsolatio. Quedā vo abstergendo z corrodēdo. hec sunt aduersitas z correctio. Hec eīm oīa in viridario gr̄e collecta. medicinalia sunt z peccatrices aie curatiua. Figurata Apocal. xxij. in illo ligno vite qđ erat ex vtraq̄ pte fluminis qđ fructus afferebat. xij. z folia ei? erāt ad medicinā vel sanitatez gentiū. Fluuius eīm iste est diuina gratia. Duo littora huius fluminis sunt facere bona z fugere mala. xij. fruct? sunt. xij. misericordie opa. Folia vo medicinalia sunt oīa virtutū genera c̄. Expone sicut alibi in pluribus locis. Hī ergo dicit Hiero. sup Eze. q̄ omnis medicina hz ad tps amaritudinem. ꝙ postea fructus doloris suauitate pensat. Istud potissime pōt dici de mūdo. z mūdi tribulatōnibus z correctionibus. Quia vere fm Hiero. ibidem. Prouidentia dei oīa gubernat. tur. z qđ pena creditur medicina est. Vnuz tm aduerte. qz scz sicut aliqui sunt morbi corpales q̄ nulla medicina pōt curari. sicut est lepra. ptisis antiquata. emorroys fistulata z colica. Sic vere moraliter loquendo. aliqua sunt vicia q̄ medicinis spūalibus non curant. sicut est desperatio. presumptio. obstinatio. recidiuatio. z similia. De hoc dicitur Hiere. xlvj. Frustra multiplicabis medicamina. sanitas non erit tibi. Et Isa. j. dicit. de plaga tumente. vuln? z plaga tumens non est circūligata pannis. nec curata medicamine. nec fota oleo. Hī igit dicit hiero. i epla ad paulinū. q̄ putride carnes ferro indigēt z cauterio. nec ē medicine culpa ꝙ vulner? cū crude carni seuit medic? et misereat nō pcat nec pcat. hijs igit ꝺ medicia ptract?. possū? dicē q̄ nos hēm? ēplices medicos. diuersaz egritudinū curatiuos. s.

Commēdabile. tura ⁊ diuine voluntatis bñplacita ⁊ occulta. Si em̄ ista nesciamus. excusati sum⁹. Et de tali nescire dī Eccl's. ix. Nescit bō vtrū amore vel odio dign⁹ sit. Et ibidē dicit. Nescit bō finem suū. Et Luce. ix. Nescitis cuius spūs estis. Nescire detestabile ptinet ad pteruiam cordialē. Et istud est qñ bō ex obstinatione nō dignat̄ scire. i. recognoscere bñfactoꝛē creatoꝛē vel superioꝛē suū. sic pharao q̄ dicebat Exo. v. Nescio dñm: ⁊ israel nō dimittā. Talis etiā ignorātia vel nesciētia idem est q̄ desuetudo. Quia. s. sicut res q̄ nō frequētat̄ in desuetudinē: obliuionē ⁊ nesciētiā vertit̄. Et sic loquit̄ Hiere. iij. vbi de peccatoribus dī. Sapiētes sunt vt faciant mala: bñ aūt facere nescierūt. Et Hiere. vj. dī. Confusione nō sunt cōfusi. erubescere nescierūt. Et Soph. iij. Nesciuit dei inimicus confusionem. Nescire execrabile ptinet ad ignorantiā criminalem. Et sic accipit̄ vt cōiter. qñ. s. bō nescit illa q̄ tenet̄ scire. Et sic loquitur in p̄s. Nescierūt neq; intellexerūt in tenebꝛis. mo. oīa fun. terre. Nescire cōmēdabile ptinet ad ignorantiā virtualē. Et ista est qñ bō nescit illa que nō est vtile scire sibi. Et sic loquit̄ Matth. vj. Cū facis eleimosynā nesciat sinistra tua quid faciet dextera tua. Jsta aūt ꝓprie potest dici ignorātia mali nō expti. sicut de btō Johāne dicit̄ Nescies labē niuei pudoris. ⁊ de btā ꝟgine. Nesciens virgo virū ⁊c. Et illud Ysee. xiij. Deū absq; me nescies: ⁊ nō est absq; me saluator. Sz ceteris omissis de ignorantia criminali q̄. s. nescit bō illa q̄ tenet̄ scire. ⁊ maxime illa que ptinēt ad salutē: aliq̄d est dicendū. Notare ergo possum⁹ q̄ sicut in mūdo nāliter multa sunt genera pfonarū illa q̄ sunt eis vtilia nesciūt ⁊ ignorāt videlicet. Pueri. frenetici. ceci. dormiētes. ebrij ⁊ absentes. Sic vere moraliter loquēdo multa sunt bodie genera boim peccatoꝛ q̄ nesciunt illa q̄ ptinent ad salutē. Et isti sunt. s. Pueri carnalis immūdicie sectatores. vel Frenetici ⁊ mēte capti tpalis eminentie dilectores. Dormiētes ⁊ se ad terrā ꝓsternētes mūdane affluentie possessores. Ebrij vino mundane. s. sapientie ꝓfessores. Dico ē q̄ primi sunt sectatores carnalis immūdicie. Mā sicut pueri q̄diu sunt parui. sunt nāturalr fetidi ⁊ immūdi ignorātes ⁊ inscientes. sic luxuriosi p̄ ceteros pctoꝛib⁹ immūdi sunt ⁊ ignorātes. ⁊ ad salutē aie ptinētia nescientes. Mā sicut pueri tria principalr nesciunt facere: vicz loqui. discernere ⁊ erubescere. Sic vere luxuriosi nesciunt bñe honestā ⁊ ordinatā locutionē dicentes illō Hiere. ij. a. a. dñe deus nescio loqui qz puer ego sum. Tales em̄ semp loquunt̄ insolēter ⁊ impudice. nec aliq̄d sciūt loqui ordinate. de quib⁹ dī Mee. xiij. Loquebant̄ azotice et nesciebant loqui iudaice. Jtē nesciūt bñe clarā discretionem. Quia sicut puer nō discernit int̄ res bonas ⁊ malas. ita q̄ aliq̄n plus diligit pomū q̄m castrū. Sic nec isti bñ discernūt int̄ delicias corꝛis ⁊ aie. mūdi ⁊ padisi. peti ⁊ meriti. Quia plus vident̄ diligere ista modica tpalia q̄m illa maria ⁊ cēlia. Aū isti sē de illis cētū boim milib⁹ q̄ nesciūt qđ sit i dextra ⁊ sinistra. sic dī Bone. iij. qz. s. tales nō bñ sciūt discernere int̄ sinistrā tpaliū ⁊ dexterā ⁊ enoꝛ. Jtē isti nesciūt bñe

verecundā ꝓfusionē. Quia sicut pueri nō verecundantur oīndere pudēda sua. sic nec isti vilia opa sua. vñ Hiere. vj. Cōfusione nō sunt ꝓfusi erubescere nescierūt. Isti ꝯ sūt se ductores carnalis immūdicie. Sedꝫ dico q̄ sunt nescientes seu ignorātes ⁊ dilectores tpalis eminētie. Isti em̄ sūt sicut frenetici vel mentecapti. q̄ amore mūdi ita sē capti q̄ penit⁹ nescīūt nec cognoscūt. nec dei ptātē. nec sui fragilitatē. nec mūdi trāsitoriā vanitatē. sicut ꝓ ad Hebr de vanigloriis ⁊ superbis. Nescīūt dico dei ptātem. qz. s. nō videnē scire q̄ de⁹ possit ipsos punire. dicētes cū pharaone Exo. v. Nescio dīm ⁊ isrl nō dimittā. Itē nescīūt ꝓpriā fragilitatem. qz. s. nō ꝑsiderāt q̄ debent mori ⁊ tñ sepe fit q̄ subito moriunt cū nescīūt. pō. Ad nihilū redactus sum ⁊ nescīui. Itē nescīūt mūdi vanitatē. Figurati i discipulo belisei. iij. Reg. iij. Qui nescies q̄d eēt collo q̄ntida fecit exinde pulmentū. qđ tñ tandē cognouit esse mortiferū ⁊ amarū. qz. s. mūdi gl̄iam dulcē credūt quā tñ inuenient finaliter valde tristem. Isti ergo sunt dilectores tpalis eminentie. Terci sunt possessores mundialis affluentie. Et isti sunt diuites qui cōparanē dormiētibus. Dō em̄ nō dormit erectus sed inferiūs ad terrā ꝓstratus. Sic isti nō dormiūt nec q̄escunt ad padisuz supius erecti ꝙ inferius ad terrena ꝓ auariciam depressi ⁊ iecti. Et isti procerto videntur nescire

Fraternam charitatē.
Mortis ꝓpinquitatē.
Dei benignitatem.
Mentis saturitatem.

Fraternā dico charitatē. qz. s. nō videnē scire q̄ teneanē bñfacere fratrib⁹ ⁊ vicinis. Et iō bñficia eis negāt. vnde Deut. xxxij. Dixerūt patri ⁊ mr̄i nescio vos. ⁊ fratrib⁹ suis ignoro illos. Quia ad hraz auari nō recognoscunt: nec ꝓpinq̄s nec ꝓsanguineos. Itē mortis ꝓpinquitatē qz. s. isti videnē se nescire morituros. Et iō cōminat eis dñs Matth. xxiiij Nescitis q̄ hora dñs vr venturus sit. Et. xxv. Nescitis die neq̄ horā. Itē dei benignitatē. qz. s. isti videnē nescire q̄ deus dederit eis bona q̄ bñt in⁹tū ipsi recognoscere non dignanē. de q̄ Osee. xj. Ego nutricius effraym. ⁊ nesciebant q̄ curarē eos. Itē saturitatē. Iō de ipis ꝓpie dr̄ illō Esa. lvj. Canes impudētissimi nescierūt saturitatē. Et cōpa ipos canib⁹ sicut supra. Quarti aūt sē ꝓfessores mūdane sapientie: siles ebrijs q̄ vino sapie tpalis ita sē repleti q̄ nesciunt aliq̄d de ptinētib⁹ ad salutē. De h̄ vide. ē. de Ebrio. vñ Esa. xxviij. Sacerdos ⁊ ꝓpha nescierūt p̄ ebrietate: absorpti sunt a vino. Et Hiere. ij. dī. Sacerdotes nō dixerūt vbi est dñs. ⁊ tenētes legē nescierūt me. Et illud pdictum Hiere. iij. Sapientes sunt ⁊c. Et hoc de Nescire sufficit. Vide supra de Ignorantia.

Ichanor. Nota q̄ Michanor q̄ interpr̄tat stās lucerna: vel statura lucida q̄ fuit ꝓnceps iniq̄ssimus. quē Antiochus ꝫ filios isrl' destinauit. ⁊ q̄ eos crudeliter flagellauit. In fine tñ periit turpiter ⁊ deceſſit: sicut ponit. j. Mach. vij. ⁊ deinceps ⁊c. pōt signare malos ꝓsiliarios ꝓncipū ⁊ magnatū. qz. s. isti credunt esse lucerna ⁊ gubernacula regni ⁊ patrie. cum tñ sint filioz isrl'. i. ecclesiasticoz et simpliciū subuersio ⁊ flagellum. Notabis ꝯ q̄ exēplo istius tales solent esse

Fallaces ⁊ pditores.
Tyranni ⁊ exactores.
Maloz fautores. vel
Prauoz sustētatores.
Honoz molestatores.
Penarū toleratores.
Superbi ⁊ iactatores.
Cauti simulatores.
Mali terminatores.

Dico ꝯ q̄ malus ⁊ tyrānicus ꝓnceps est vt cōiter fallax ⁊ pditor. sicut de isto legit. ij. Macha. xiiij. q̄ audiuit rex Michanorē rebus alienis assentire. et exaspat⁹ scripsit michanori. Itē est vt cōiter rapax ⁊ exactor. sic de isto legit. ij. Macha. viij. q̄ ipe ꝓstituit regi. q̄ tributū dandum romanis de captiuitate iudeoz suppleret. Item est vt cōiter malor ⁊ pessimoz fautor. sicut de isto legit. ij. Macha. xiiij. q̄ gentes q̄ de iudea fugerāt se michanori miscebant. Itē est vt cōiter iustoz gratuitor. sicut de isto legit. ij. Mach. ix. q̄ volēs manifestare odiū qđ habebat in iudā michanor misit milites vt eū comprehenderēt. Itē est vt cōiter mali toleratores. qz. s. tales vt cōiter in tormētis finiunt dies suos. sicut de isto legit. j. Macha. vij. q̄ ꝓtrita sunt castra Michanoris ⁊ cecidit ipse. Et sicut dicit ibidem. Caput ⁊ dexteram amputauerūt ei ⁊ in arce altissima suspenderūt. Et merito. qz certe talis vt communiter est superbie iactator. sicut. ij. Mach. xv. legitur. Qz summa superbia erectus michanor dixerat. Si est potens in celo q̄ ꝓcepit seruare diem sabbati. ⁊ ego potens sum super terrā q̄ impero sumi arma. Item est vt cōiter cautus simulator. sicut de isto legit. ij. Mach. xiiij. Qz morabat michanor hierosolymis nihilq̄ inique agebat ⁊c. Sz finaliter dico q̄ iste est malus terminator. qz sicut legit. ij. Mach. viij Facinorosissimus michanor depositā veste glorie solus fugiens venit antiochiā. Ꝟ est dictu. applicuit in infernum.

Nihil. Nota q̄ cum nihileitas nihil aliud signat q̄ nō entitas. Vñ nihil esse. idē est q̄d nō ee. Item dicit q̄ ꝑm q̄ esse distinguit pōt ꝙ oppositū nihil distinguit. Et qz inuenit Esse nature. Esse vite. Esse fortune. Esse culpe. Esse finale. Esse vtuale. Esse pene. Sic ⁊ de nihil possimus dicere. q̄ fit mētio in scriptura de nihilo q̄tum ad oia supradicta. Unde nota q̄ nihil multiplex signat scilicet

Naturalem ꝓditionem.
Personalem durationē.
Tpalem successionem.
Criminalem infectionē.
Infernalem afflictionē.
Corpalem diffinitionem.
Virtualem pfectionem.

Est igit vnū nihil qđ est naturale. Et ista est tota conditio humana ⁊ natura. qz procerto ista rōne sue vilis ⁊ fragilis cōditionis pōt merito dici nihil. vñ Esa. xl. Oēs gētes q̄si nihilū ⁊ inane reputare sunt. Et ido de nihilitate humane nature bñ pōt dici illud. j. Thimo. vj. Nihil intulimus in hūc mundū. Item dico q̄ est vnū nihil qđ est psonale. s. vita pñs. de q̄ Job. vij. Parce mihi dñe. nihil enim sunt dies mei. Itē est vnū nihil tpale. Et istud signat bona mūdi. q̄ ꝓcerto ⁊ q̄tum ad ꝓditionem. ⁊ q̄tū ad valorem ⁊ q̄tum ad dulcorem penit⁹ nihil sunt. vñ Hiere. iij. Respexi terrā ⁊ ecce vacua erat ⁊ nihili. Et sapie. vij. Dimitas nihil esse dixi. et in pō. Nihil inuenerūt oēs viri diuitiarum in manibus suis. Itē est vnū nihil qđ est criminale. ⁊ istud est nihil pcti. Teste em̄ Aug. Pctm̄ nihil est ⁊ nihil fiunt boies cū peccant. Pō. Ad nihilū deuenīēt tanq̄ ad decurrēs. Item est vnū nihil qđ est infernale. Et illud ē pena seu status dānator. q̄ boies ad nihilat ⁊ deuastat. et q̄ a pristina sua ꝓsperitate. ipos facit penitus nihil esse. Vñ de aia dānata pōt dici illud Esa. xxxiij. Extēdit sup eā mēsuram vt redigat in nihilū. qz scz qñ mēsura diuini iudicij sup istos extendit. tūc ad nihilū ꝓpriū reducunt Ezech. xxviij. Nihil factus es ⁊ nō eris imppetuū. Item est vnū nihil qđ est finale seu corpale. Et istud signat mortē. q̄ scz annihilat oīne viuū. vñ Job. xvij. Mēbra mea ad nihilū redacta sunt. Item est vnū nihil qđ est vtuale. Et istud est nihil humilitatis. qđ est qñ homo p̄ humilitate ⁊ se ⁊ bona sua ⁊ merita reputat esse nihil. Unde de isto nihilo scz paupertatis et humilitatis dicit. ij. Chor. vj. Tanq̄ nihil habentes ⁊ omnia possidentes. Et in pō. Pro nihilo salvos facies illos. ⁊ alibi. Pro nihilo habuerūt terrā desiderabilem. qz scz pro paupertatis ⁊ humilitatis nihilo homines salui efficiunt. ⁊ t. rra desiderabilis paradisi eis a dño conceditur ⁊ donat. Sed pdictis expositionibus p̄missis ⁊ omissis. dicamus adhuc de nihilo in⁹tum signat carentiam omnis boni. Et notemus q̄ istud vocabulum nihil signat carentiā oīm gratiarū meritoz. operū ⁊ vtutū. Nota ergo q̄ mali nihil sunt. Et hoc qz ipi habent. s. Nihil de

Discretione.
Compassione.
Duratione.
Possessione.
Dilectione.
Perfectione.
Prosperitate.
Sagacitate.
Utilitate.
Virilitate.
Consolatione.
Conuersatione.
Operatione.

Dico igit q̄ mali nihil debēt dici. qz procerto ipsi habent nihil. i. carentiā discretionis. Vñ ipsi possunt dicere illud Mumeri. xj. Nihil vident oculi nostri nisi man. Man enim quod erat cibus dulcis qui facliter corrumpebatur. et qui pro via deserti fuit tm̄ filijs israel concessus. signat temporalia bona. que solum pro deserto huius mundi sunt hominibus cōcessa. Quia vere multi sunt hodie ⁊ fere omnes qui nihil vident nisi man id est qui non habent aliquā discretionem nisi in temporalibus. Unde etiam de ecclesiasticis ⁊ mundi sapientibus dicit Ezech. xiij. De prophetis insipientibus qui sequuntur spiritū suum et nihil vident. Item habent carentiam compassionis quia scilicet isti sunt auari ⁊ iniqui. Unde Eccli. x. dicitur

re auaro. ℣ auaro nihil ē celestius. nihil iniquius q̄ amare pecuniā. Item ipsi habēt nihil seu carentiā durationis. Tales eīn non durant nec perseuerāt in bono. pō. Ad nihilum redactus sum ⁊ nescaui. Naturaliter eīn isti non durant nec perseuerant. quia viri sanguinum nō dimidiabūt dies suos Job. vij. Nihil eīn sunt dies mei. Item isti nihil habent possessionis. quia etiam ad ſram sepe fit q̄ possessio ⁊ affluentia temporalis impijs denegatur. q̄ si eis quandoq̄ conceditur nullatenus perseuerat. Unde in pō. Dormierunt somnum suum ⁊ nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis. Mors enim a talibus totū aufert. Quia sicut dicitur Job. xxvj. Diues cum dormierit nihil secum affert. aperiet oculos suos et nihil inueniet. Itē isti nihil habent dilectionis. vnde. j. Coz. xiij. Charitatem autem non habeam nihil sum. Item isti nihil habent pfectionis Hebreo. vij. Nihil autem ad pfectum adduxit lex. Item isti nihil habent ꝓsperitatis. quia scz ꝓsperitas talis nō est ꝓpie ꝓsperitas cum magis habeat de aduersitate q̄ de ꝓsperitate. Unde Hiere. ij. Contriuit deus confidentiam tuam ⁊ nihil habebis prosperum. Item isti nihil habent sagacitatis Luc. xvij. Et ipsi horum nihil intellexerunt. Item nihil habent vtilitatis. Quia videlicet nihil q̄ faciunt est eis bonū ⁊ vtile ad salutem. Unde ipsi possunt dicere illud Luce. v. Domine per totam noctem laborauimus ⁊ nihil cepimus. Item nihil habent virilitatis. qz scz nihil habent constantie vel virtutis. Unde Daniel. x. Nihil in me remansit virū. Item dico q̄ isti nihil habēt consolationis. Ita eīn sunt tristes ⁊ inuidi q̄ in nullo consolātur. sicut aman inuidens mardocheo. qui dicebat Hester v. Nihil habere me puto q̄diu videam Mardocheū. Itē nihil habent bone conuersationis. quia sicut dicit Exo. x. Nihil virens in egypto relictum est. Item isti nihil habēt bone operationis. ij. Thessa. iij. Audiuimus quosdaz ambulare inter vos nihil operantes. Et sic igitur patet quomodo nihil ℣tum ad malos diuersimode sumitur in scriptura. Sz adhuc pōt dici q̄ nihil pōt applicari ad viros ſpūales ⁊ bonos. Et hoc in℣tum nihil pōt dicere carentiā omnis mali. Unde nota q̄ boni habent Nihil

Cupiditatis. Isti ergo nihil habent de cupiditate. qz
Inbonestatis. scz istud modicum quod habent sufficit
Calamitatis. eis. ⁊ sic nō cupiunt ampliozа. Et sic lo-
Carnalitatis. quitur. j. Coz. j. In omnibus diuites
Factuitatis. facti estis. ita vt nihil vobis desit. Item
Presumptionis. nihil habent de inbonestate. Unde. ij.
Elationis. Regum. vj. dicitur q̄ nihil erat in tem-
Successionis. plo quod non auro tegeretur. Aurum enim daritatem bonestatis designat. Item nihil habēt de calamitate. Quis eīn multa sustineant in hoc mundo. quia tamen amore dei placet eis. non est ei calamitas neq̄ pena. habent enim virtutem sufficientie que omnibus diuitijs equipollet. Unde Hee. ix. Nihil eis defuit in deserto. Ad ſram etiam diuina ꝓuidentia vt cōmuniter non patitur vt iustis in necessitate aliquid denegatur. vnde Luce xxij. Quando misi vos sine sacculo ⁊ pera nunquid aliq̄d defuit vobis? Dicunt ei nihil. Item nihil habēt de carnalitate. Isti enim sunt illa sapia. de qua dī Sap. vij. Nihil in q̄natum in eam concurrit. Item nihil habēt de fatuitate. Quia sicut dicit Sap. viij. Prudentiam ⁊ sapientiam docet ℣bus nihil est in vita vtilius hominibus. Item dico q̄ isti nihil habēt de ꝑsumptione. quia scz non confidunt de suo sensu immo innituntur consilijs aliozum iuxta illud Eccl. xxxij. Fili sine cōsilio nihil facias. Itē nihil habēt de elatione. qz vicz semp habēt timorē dñi secum audientes illud Eccl. xxiij. Nihil melius q̄ timor dei. ⁊ nihil dulcius q̄ attendere mādatis dñi. Itē nihil habēt de terrena successione. qz scz isti nō possidēt diuitias in hoc mūdo. Iuxta illō Luce. ix. Nihil tuleritis in via neq̄ virgam neq̄ panem. neq̄ peram. neq̄ duas tunicas habeatis. Sed nota ad huc si vis q̄ apud deum nihilum reputantur Hi qui

Vigent magna potentia. Igit̄ dico q̄ apud deum
Pollent mundi scientia. nihil sunt tyranni vigentes
Fulgent falsa iusticia. magna potentia. vñ Esaie
Gaudent vana leticia. xxxiij. Omnes ꝓncipes eī
Tumēt magna substātia. scz babylonis erunt in nihilum. Item nihil reputant clerici fulgētes mundi scientia Quia scz sicut dicit Esa. xl. Deus est qui extēdit quasi nihilum celos. celos inquit. i. clericos. Item nihil reputant hypocrite pollentes ficta iusticia. vñ de ydolis dī Esa. xlj. Ecce vos estis ex nihilo. ⁊ opus vīm ex eo q̄ nō est. Item nihil reputant fatui gaudentes vana leticia. vñ Amos. vj dicit. Ue qui letamini in nihili ⁊ dicitis. Munq̄d in fortitudine nostra assumpsimus nobis cornua? Item nihil reputant diuites tumētes magna substātia. pō. Ad nihilum redact? est in ꝓspectu ei? malign?. i. malus diues. dicēs. s. dño illud pō. Substātia mea tanq̄ nihilū ante te. Et ℣ de nihil sufficit siue in bono siue in malo.

Nidus. Cum nidus sit locus qui ab ãubus edificat ⁊ inhabitatur. ⁊ ibidem ab ipsis pullificatur. Notabo q̄ in scriptura reperitur Nidus

Perfectorum. Nidus iustoz ⁊ pfectoz est inferioz
Peccatoz. vel religio ⁊ ecclesia. Interioz intētio ⁊ cō
Mundanoz. scientia. Superioz paradisus ⁊ celi curia. Ubi eīn coz bois figit ibi nidū habere dicit. ibi pullos affectuū ⁊ operū facere comprobat. Et nota q̄ iustoz triplex est nidus. s. Inferioris ecclesie. Interioris ꝓscientie. Et superioris celi patrie. De inferiori religione vel ecclesia dī in pō. Etenim passer inuenit sibi domum ⁊ turtur nidum vbi reponat pullos suos. Altaria tua dñe ℣tutū. De interiori ℣o intentione ⁊ ꝓscientia. vbi scz hō nidificat meditando et de celo ⁊ inferno cogitando. dī Luce. ix. Or vulpes foueas habēt ⁊ volucres celi nidos. Justus eīn dicit volucris q̄n celestia ꝓtemplat. ⁊ vulpes q̄n infernalem foueam meditatur. De superiori habitatione ⁊ mansione ⁊ celesti patria dicit Job. xxix. Eleuabitur aquila ⁊ in arduis ponet nidum suum. Isti ergo sunt nidi iustorum. Scdo dico q̄ inueniunt nidi malorum. Et isti certe significant Mundum. Peccatum. ⁊ Infernum. Mali eīn nidificāt in mūdo tpalia diligēdo. Iste eīn est nidus byrundinum cuius stercora calida dormiente thobiam excecauerūt Thob. ij. Et reuera tam mūdus q̄ status peccati dicitur Nidus

Fedus per luxuriam. Nidus ergo fedus dicit per
Plenus per auariciā. luxuriā. Iste ē nidus ypocrite
Altus p superbiam. q̄ nidificat in stercoribꝫ. sic luxuriosi nidificāt in immūdicijs. Un de malis mulieribꝫ patet dici illud Esa. xvj. Sicut auis fugiens ⁊ pulli de nido auolantes. sic erūt filie moab. Nidus etiā plenus dī p auariciā q̄. s. auari ꝓgregāt in nidis diuitias suas sicut aues pdales cadauera. de q̄ Habacuc. ij. Ue q̄ ꝓgregat auariciam domui sue vt sit in excelso nidus su?. Nidus etiā alt? dī p supbiā. vñ Abd. Si inē sydera posueris nidū tuū inde detrabā te. dixit dñs supbo. Et breuiter de istis trib? ramis ꝓsperitatis mundane. nidificant bodie peccatores. s. In

Delicijs per luxuriam. tijs p superbiā. Figura Eze-
Diuitijs p auariciam. xxvj. vbi dī. q̄ in ramis cedri
Honoribus et eminen. fecerūt nidos oia volatilia celi. Sed certe finaliter ibi habebunt nidum cū demonibꝫ in inferno Hiere. xlix. Cum exaltaueris quasi aq̄la nidū tuū. inde detrabā te. ⁊ erit ydumea deserta ꝛc.

Nigredo. Nota q̄ nigredo signat i scriptura tā in bono q̄ in malo. In bono eīn significato. nigredo q̄ vt cōiter a calore ꝓcedit est color ceteris obscurior ⁊ vilior. ⁊ signat virtutem humilitatis. quā scz calor charitatis generat. ⁊ obscuritas mortificationis et penitentie. commendat. Sicut enim videmus q̄ multi sunt fructus qui nullatenus maturi efficiuntur nisi quando nigredine vestiuntur. Sic ꝓcerto nullus efficitur maturus aut sanctus nisi humilitatis nigredine sit vestitus. Et sic figurantur tales Genē. xxx. Ubi laban ꝓelegit oues nigras ⁊ albas et dimisit diuersi coloris ⁊ varias. Ad tenotandum q̄ illi qui per innocentiam sunt albi. et per nigredinem humiles et abiecti a deo eliguntur. Varij ℣o ⁊ fraudulenti repudiantur. Et hinc est q̄ sponsa christi dicit Cañ. j. Nigra sum sed formosa filie hierlm ꝛc. Et Cañ. v. Come tue sicut elate palmarum nigre sicut corvus. In malo ℣o significato dico q̄ per nigredinem que ceteris est vilior color. Et in alium colorem immutabilior. signat scilicet

Mortis horrorem. Mortis dico horrorem: qz oculi
Culpe errorem. et facies ⁊ omnia bona nature ius

Inferni timorem. morte fiunt obscura. sicut dicitur Ezech.xxx. In taphnis nigrescit dies cū ptriuero sceptra egypti ⁊ defecerit potentia eius. Culpe autem signat terrorem quam scz ardor auaricie: ⁊ fumus superbie: ⁊ squalor etiam luxurie introducit. Ūñ de peccatoribus dicitur Mathei.ij. Facies omnium sicut nigredo. talpe vt sic peccatores figuretur in equo Apoca.vj. vbi dicitur. Ecce inquit equus niger: ⁊ qui sedebat super eum nomē illi mors: ⁊ infernus sequebatur eum. Inferni etiam terrorem ⁊ timorem designat vbi scz omnia sunt obscura. vnde Zacharie.vj. dicit Ex quadriga in qua erant equi nigri egrediebat in terrā aquilonis que scz est frigidissima. per quam significat infernus. q: scz ibi est frigus: ⁊ ardor: ⁊ fumus. Sicut de dānatis dicit Baruch.vj. Ex nigre fiunt facies eorum de fumo qui in domo sit. Ista autem de nigredine sufficiant. q: pauce sunt auctes: licet varia sunt exempla. Vide vbi Obscuritas ⁊c.

Nimietas. Nimis. Cum Nimis seu nimius aliquando in scriptura denotent supabundantiam in bono. aliqñ designant excessum ⁊ supabundantiā in malo. Hinc est q nimietatē bonā ⁊ nimietatē malā possum⁹ inuenire. Primo quidem dico. q nimis pōt accipi in bono. Et sic nimis idē est qđ multum. maxime seu valde. Et notandū q boni habēt nimietatē. i. supabūdantē fertilitatē in oibus bonis tā spūalib⁹ q̄ eternis. Inuenio eñ q isti habēt Nimium

Dolorem contritionis.
Laborem afflictionis.
Clamorem confessionis.
Splendorē discretionis.
Decorē cōuersationis.
Timorē trepidationis.
Honorē dominationis.
Valorem retributionis.

Dico ergo q boni habent nimietatē doloris. q: scz p dolorem ⁊ cōtritionem in corde multipliciter cōtristant. sicut dicebat dauid in ps̄. Afflict⁹ sum ⁊ humiliatus sus nimis rugiebā a gemitu cordis mei Itē habent nimietatem doloris ⁊ laboris. q: scz boni ⁊ iusti nimis penis ⁊ laboribus fatigant. vnde Judicū.x. Afflictus est israel nimis. Itē habent nimietatem clamoris. Clamat eñ valde ⁊ nimis orando. confitendo: ⁊ deum laudando ⁊ predicando. ps̄. Confitebor domino nimis in ore meo. Item habent nimietatē splendoris. Splendorem eñ clare discretionis habent viri sancti. sicut dauid dicebat in ps̄. Mirabilia opera tua ⁊ anima mea cognoscet nimis. Item isti habent nimietatez decoris. quia scz per bonam ⁊ honestam cōuersationē pre ceteris sunt decori. sicut de susanna dicit Dañ.xiij. Ex ipa susanna erat mulier pulcra nimis. Et de Judith dicit Judith.viij. Ex ipa erat eleganti aspectu nimis. Item habēt nimietatē timoris. q: scz boni viri semp habent timorē dei in corde suo. Quia bene sciunt quod scz dñi Eccl.j. Unus est altissimus creator oim omnipotēs rex: potēs ⁊ metuendus nimis. Nimis enim timent iusti dei seueritatē: inferni penalitatem: ⁊ demonum malignitatem. vnde.j. Regū xxviij. dicit. q Saul videns castra philistiim timuit ⁊ expauit cor eius nimis. Itē habent vel saltem habebunt in paradiso nimietatem bonoris. quia tūc verificatur illud ps̄. Nimis honorati sunt amici tui deus: nimis cōfor. est pncipa. eor. Et sic sequit q ipsi habebunt nimietatem valoris. sicut ipsi in hoc mundo habent nimietatem bonorum operum et virtutum. Figurati in arbore Dañ.iiij. de qua dicitur. q altitudo eius nimia ⁊ fructus nimij. Sic habebunt in futurum nimietatem et abundantiam muneū eternorum ateq celestium pmiorum. Quia tunc implebitur illud Gen̄.xv. Noli timere Abraam quia ego tecum sum: ⁊ merces tua magna nimis. Et istud ē illud nimis quod ad bonos dinoscit ptinere. Signat ergo nimis in bono. Sz scdo dico. q nimis signat in malo. Et sic pōt significare excessum vicior ⁊ malor quē mali habēt in hoc mūdo. Sicut eñ serpētes excedūt in venenositate. leones in crudelitate. porci in voluptate ⁊ feditate. Sic mali ꝑculdubio excedūt i nimia iniq̄tate. vñ Eze.ix. Iniq̄tas isrl ⁊ iuda mag̃ est nimis valde. Et nō q tales būt in ꝟ mūdo Excessum

Letitie ⁊ iocunditatis.
Affluentie ⁊ psperitatis.
Castrimargie ⁊ ebrietatis.
Ignoratie ⁊ obscuritatis.

nabal iocundū erat. erat eñ ebrius nimis. Item habent nimiam psperitatem. Mali eñ in hoc mundo plus psperant q̄ boni. Unde ciuitati peccatrici dicit Ezech.xvj. Similam: ⁊ mel: ⁊ oleum comediste: ⁊ decora facta es vehemēter ⁊ nimis. Item isti habent nimietatem gulositatis. Unde de holoferne dicit Judith.xiij. q ipe iacebat super lectum suum nimia ebrietate sopitus. Item isti habent nimietatem obscuritatis. Non eñ attendūt ad lucem sapientie ⁊ claritatis: immo abhorrent dicentes illud Eccl.vj. Aspera est nimium sapientia. Item isti habent nimietatem carnalitatis. vnde de Assuero dicitur Hester.j. q ipe post nimiam potationem incalescebat mero. Item isti habēt nimietatem crudelitatis. vnde ibidem dicitur. q rex nimio furore succensus interrogauit sapientes. Item isti habent nimietatem male consuetudinis ⁊ totius inbonestatis. vnde Hiere.ij. Ozutilis facta es nimis iterans vias tuas. Et Ezechie.xxiij. Multo labore sudatum est: ⁊ non exiuit de ea nimia rubigo eius. Hic autem aduerte. q vna nimietas semp vt cōmuniter transit ad nimietatem oppositam sicut videmus in arboribus: q si vno anno nimis abundant in fructibus: in sequēti nimis erunt steriles. Humor eñ nimis abundās citius desiccatur. Sicut figuraliter dicitur Dañ.iiij. de illa pulcerrima arbore. cuius altitudo nimia: cuius fructus erat nimius q subito succisa est ⁊ periit. Sic vere nimius excessus iniquitatis. iocunditatis ⁊ felicitatis seu mūdane prosperitatis: facile vertitur in excessum tribulationis ⁊ paupertatis. ⁊ temporalis ⁊ eterne calamitatis. Exemplus de Nabuchodonosor rege iniquissimo. ⁊ crudelissimo. ⁊ potentissimo subito mutato in bestiam ⁊ a regno ciecto: q:. s. in illa hora qua actualiter superbiendo: ⁊ excessiue gaudēdo ⁊ gloriando ipse clamabat. nonne hec est babylon quā edificaui in caput regni ⁊c. in gloria decoris mei ⁊c. Facta est sibi vox de celo dicens. Tibi dicit Nabuchodonosor rex ⁊c. vide Dañ.iiij. circa finem. Quia procerto istud est commune q de nimio calore peruenitur ad pluuiam: ⁊ de nimia psperitate ⁊ gaudio peruenitur ad miseriam ⁊ tristiciam Eccl.xxj. Domus que nimis est locuples annullabitur superbia. Unde illi potentissime ciuitati tyro dicitur Ezechie.xxvij. Glorificata est nimis in corde maris. Sed⁹tur. Ventus auster cōtriuit te. Nimia eñ pinguedo mors est. Et breuiter. Omne nimium reprobatur. Arbores eñ nimie facilius eradicantur a vento: ⁊ animalia nimia tardius fugiunt a periculo. Figura de illo hirco Daniel.viij. Hircus autem caprarum factus est magnus nimis. cūq creuisset fractum est cornu magnum. Et sic ergo patz quō nimis ⁊ nimietas applicantur ⁊ ad bonos ⁊ ad malos. vi de supra de Multitudine vel de Multum.

Niniue. Nota q niniue que quondam fuit magna ciuitas scz itinere triū dierum sicut dicit Jone.iij. ⁊ que regni assyrior id est superioris syrie fuit caput. cum syri idem sint qđ assyrij sicut dicit Justin⁹ libro scdo. ⁊ q̄ interpt̄at seta vel spaciosa. germē pulcritudinis vel natiuitas pulcra. pōt significare in bono ⁊ in malo Et primo quidē in bono. Et sic certe dico q signat

Animam innocentem.
Ecclesiam militantem.
Et patriā triumphantē.

Anima eñ pulcra est ⁊ secunda per innocentiam. Ecclesia militans per penitentiam. Ecclesia triumphans per gratiam ⁊ affluentiam. In anima sunt tres dicte: hoc est dictu. tres naturales potentie scilicet Intellectus. Memoria. et Voluntas. In militanti ecclesia sunt tres dicte: hoc est dictu. tria religionis vota: seu tres partes penitentie. viz. Contritio. Confessio. Satisfactio. In celesti vero patria sunt similiter tres dicte. videlicet tres dotes anime seu glorie. que scz sunt Visio. Fruitio ⁊ Tentio. De anima potest dici illud Jone.iij. Niniue erat ciuitas magna. Et vere magna est anima que per intellectum: memoriam ⁊ voluntatem omnia comprehēdit. De militanti ecclesia potest dici illud Jone.j. Vade in niniue ciuitatem magnam ⁊ predica ibi verbum domini. De celesti vo gloria: patria seu curia potest dici illud quod dicitur Thob.xiij. Ex Thobias sepultus est honorifice in niniue. Et sic notabis. q niniuite sunt viri iusti. qui scz ꝑs-

denter deo credunt: z sua mala deflent z crimina loquuntur: celum scandunt z sursum sublimantur. Isti dico homino solent credere Jone.iij. Crediderunt viri niniuite deo. Item crimina solent plangere Jone.iij. In niniue et ore regis z principum. z homines z iumenta non gustabunt quicq; z. operiant saccis z clament ad dominū. Itē ad celum solent scandere Luce.xj. Viri niniuite surgent in iudicio. Et sic patet q niniue signat in bono. Sed adhuc dico q niniue signat in malo. Et sic dic q ista fuit

Crudelium domus z habitatio.
Potentium locus z exaltatio.
Fidelium luctus z flagellatio.

Et sic certe dico q hec signat mundū et mundi prosperitatem: vbi scz mali principantur. vnde Judith.j. dicitur. q Nabuchodonosor regnabat in niniue. Item ibi magni dominantur. vnde Esaie.xxxvij. dicit. q sennacherib rex assyriorum habitauit in niniue. Item boni z maxime principes flagellantur et molestantur. Unde angelus z Thobias dixerūt Thobie.vij. Ex tribu neptalim sumus et captiuitate niniue. In fine autem niniue id est mūdus z mūdi bonores desolantur z dissipantur. vnde Mau.j. Onus niniue: liber visionis naum. Et Naum.ij. Niniue quasi piscina aquarum. Sequitur. Dissipata: z scissa: z dilacerata z cor: tabescens: z dissolutio geniculor. et defectio in cunctis renibus: z facies omniū sicut nigredo olle. Sufficit.

Nisi. Nota q ista dictio nisi quandoq; ponitur p modum exceptionis. sicut cum dicitur Luce.iij. q multi leprosi erant in bierusalem tempore Helisei: sed nemo eorū mundatus est nisi Naaman syrus. Quandoq; per modū conditionis: sicut cum dicitur Marci.xiij. q nisi abbreuiasset dominus dies antichristi non fuisset salua omnis caro. Quandoq; per modum cōminationis: sicut cuz dicitur.j. Mach.xiij. Nisi mihi vinctum iudam tradideritis: istud ut pharum in planiciem deducam. Et possumus notare q sicut homines cauti semper solent in suis contractibus ponere vnum nisi id est vnam conditionem qua scz stante consueuit stare contractus: z non stante non stare. Sic reuera videtur q in rebus humanis z diuinis semper inuenitur nisi. id est aliqua dubitatiua exceptio vel conditio. q nisi: nisi completa fuerit totum periit. In rebus etiam humanis nihil inuenit purū aut absolutū. oia sunt cum nisi. Sic igit notabo q ut scriptura nisi significat Quo ad Deum singularem excellentiam.

Justū vtualē saplaz vl prudentiā.
Impios viciosam diligentiam.
Beatū gloriosam affluentiam.

Primo igitur dicam q est vnum nisi quod spectat ad deum. Et istud pro certo est vnum nisi excellentie singularis: sicut cū dicit. q nemo pōt hec facere que tu facis nisi fuerit deus cum eo. Et sic notabis q istud nisi. i. ista excellētia apparet in multis. vicz in hoc Quia

Uiros iustos iuuat z liberat.
Res humanas regit z tempat.
Res diuinas mōstrat z referat.
Peccatores damnat z vulnerat.
Uiros iustos trahit z federat.

Dico ergo q deus habet suum nisi. i. suam specialem progatiuā iustos iuuando z liberando. Uñ in ps. Uiros iustos trahit z federat. dicit dauid. Nisi qz dñs adiuuit me: paulomin⁹ habitasset in inferno aia mea. Et Gen.xxxj. Nisi deus patris mei abraam affuisset mihi: forsitā modo nudū me dimisisses. Itē mūdo regēdo z moderando. Negocia em mūdana z humana magis gubernantur z moderant per diuinā prudentiā q̄ p humanā. ps. Nisi dñs edificauerit domū inuanū laborauerūt q̄ edificant eam. Nisi dñs custodierit ciuitatē frustra vigilat q̄ custodit eam. Itē se reuelando z declarando seu etiā reserando. Constat em q nemo potest deū cognoscere nisi ipe deus ostendat z reuelet homini semetipm. vñ Matth.xi. Nemo nouit filiū nisi pater: nec; patrē quis nouit nisi filius z cui voluerit filius reuelare. Et Luce.x. Nemo scit q̄s sit filius nisi pater: z quis sit pater: nisi filius. Item malos ledendo z vulnerando. Constat em q mali sunt bodie tāte potentie: q nisi deus ipos vulneraret aut morte punieret nō esset q̄ resisteret: aut ab eor; neq̄cijs tutus esset: sicut de antixpo dicit Marci.xiij. q nisi abbreuiati fuissent dies eius nō fuisset salua oīs caro. Et in ps. dicit. q nisi qz dñs erat in nobis: dicat nūc israel nisi quia dñs erat in nobis. Cum exurgerent homines in nos: forsitan viuos deglutissent nos. Item iustos trahēdo z federādo. qz. s. nemo ē q̄ iustos trahere posset ad ipius amorē. z finaliē ad padisi gliaz z splendorē nisi ipemet. vñ ipe dicit Johis.xiij. Ne mouenit ad patrem nisi p me. Et Johis.vj. Nemo pōtvenire ad me nisi pater meus traxerit eū. Et ibidem. Nemo pōtvenire ad me nisi sibi datū fuerit a patre meo. Patet ē q est vnū nisi qđ spectat ad deū. Scdo dico. q est vnū nisi qđ spectat ad iustum. Justi em habent suum nisi. i. suam conditionem exceptiuam et suā singularem progatiuam. Et sic nota q iusti habent scz Unum nisi quod facit

Bene viuere.
Recte sapere.
Rite credere.
Juste agere.
Diu sistere.
Culpas luere.

Dicam ergo q est vnū nisi qđ spūaliter facit viuere. Et istud est progatiua sacramēti altaris. De quo dr Joh.vj. Nisi māducaueritis carnē filij hois et biberitis eius sanguinē nō habebitis vitam in vobis. Item est vnū nisi qđ sub Sursum scādere. tiliter facit sapere. te quo Sap.vij. Ne Corda iūgere. minē diligit deus nisi q̄ cū sapiētia inhabitat. Et illud.j. Cor.ij. Nemo nouit hoim q̄ sunt in hoie nisi spūs hois q̄ est in illo. Itē est vnū nisi qđ veraciter facit credere seu colere. vicz deū solū. vnde.iij. Reg.v. Non faciet vltra seru⁹ tuus holocaustū z victimā dīs alienis nisi dño. Itē est vnū nisi qđ vtualiter facit agere. vñ illud pdictū Job.iij. Memo pōt hec signa facere q̄ tu facis nisi fuerit deus cū eo. Itē est vnū nisi qđ stabiliter facit sistere id est in bono perseuerare. vñ Job.xv. Sicut palmes nō pōt facere fructū nisi māserit in vite. sic nec vos nisi in me māseritis. Et Act.xvij. Nisi in naui manseritis nō. salui fieri nō potestis. Itē ē vnū nisi qđ humiliter facit luere. s. virtus penitētie Apoca.ij. Sinautē venio tibi z mouebo candelabrū tuū de loco suo nisi penitentiā egeris. Itē est vnū nisi qđ supnaliter facit scandere. z istud est humilitas vel baptismus. De humilitate em dr Job.iij. Qz nemo ascendit in celū nisi q̄ descēdit de celo. De baptismo vo dicitur Joh.iij. Nisi q̄s renatus fuerit denuo: non pōt intrare in regnū dei. Item est vnum nisi qđ mentaliter facit iungere seu diligere. s. charitas. de qua Rom.xiij. Nemini quicq; debeatis nisi vt inuicē diligatis. Et sic patz q nisi facit. Uiuere qđ est dignitas magni sacramēti. s. eucharistia. Sapere qđ est caritas sani vocumēti. s. diuina sapia vel scientia Credere qđ est firmi veritas fulcimenti. s. fides nra. Agere qđ est sanitas diuini iuuamēti scz ipe deus z eius gratia Sistere qđ est firmitas fortis fundamēti. s. pseuerantia et constantia. Plangere qđ est asperitas tristis nocumēti. s. penitētia. Scandere qđ est humilitas vilis condimenti. s. contemptus sui et puritas. Mentis iungere qđ est charitas tuti ligamēti scz amor z dilectio vera. Sic ergo patz q est vnū nisi qđ spectat ad iustū. Tercio dico q inuenit vnū nisi qđ spectat ad impiū. Constat em q mali habēt suum nisi. i. suam exceptionem: z suam in suis actibus fraudulentam et dubiam additionē. Et sic notabo q isti semper apponunt in suis verbis z operibus. s. Unum nisi

Fallacitatis z fraudulentie.
Fatuitatis z ignorantie.
Penalitatis z pestilentie.

Est igit in eor; factis induſa vna cōditio: seu etiā vnū nisi fraudulētie z fallacitatis. vnde Prouer.iij. dicit. Qz isti nō dormiunt nisi male egerint: nec rapitur somnus ab oculis eorū z nisi supplantauerint. Itē ibi est vnum nisi ignorantie z fatuitatis. vnde Prouer.viij. dicit. Qz non recipiet stultus verba prudentie nisi ea diteris que versant in corde suo. Itē subinfertur vnum nisi pestilentie z penalitatis. s. pena inferni. de qua dicit Joh.xvij. Memo ex his periit nisi filius pditionis. Patet ē quō nisi spectat ad impium. Quarto vo dico. q nisi quādoq; spectat ad beatū. Gloria enim eterna est. vnū nisi. i. vna conditio qua nullus percipit nisi beatus. de quo Apoca.ij. dicit dñs sic. Uincenti dabo mānā absconditum: z dabo illi calculum candidum: z in calculo nomen meum scriptum quod nemo scit nisi qui accipit. Sufficit.

Nitere. Nitor. Cum nitor idem sit q̄ splendor: potest dici q nos inuenimus Nitorē Sanctitudinis. potalis celsitudinis. De nitore seu splendore sanctitudinis spualis. dici

Pulcritudinis. Realis seu temporalis. tur Treno.iiij. Or nazarei niue erāt candidiores: facte nitidiores: rubicundiores eboze antiquo. Unde etiā de illa sancta regina Hester dicitur Hester.xv.q̄ nitentibus oculis cristem celabat animū: vt sc̄z a morte suum ppīm liberaret. De nitore v̄o seu decore pulcritudinis corpalis dicitur Prouerb.v. Fauus inquit distillans labia meretricis: z nitidius oleo guttur eius. nouissima autē illius amara velut absinthium: z lingua eius acuta quasi gladius biceps. De nitore v̄o seu fulgore celsitudinis tēpalis pōt dici illud Judicum.v. Quia ascenditis inquit super nitentes asinas: z sedētes in iudicio z ambulantes in via loquimini. Sufficit: quia nō sunt auctoritates. Unde vbi fulgor. Splendor z Claritas et similia.

Niti. Nota q̄ niti idem est qđ ad aliquid agendū viriliter insistere vel conari. Et sic Niti in bono sumitur z in malo. In bono eīm sicut quando quis vltra vires vel saltem iuxta vires nititur. temptat z conatur facere. Talis eīm conatus laudabilis est. Quia sc̄z dato q̄ nullus congruus sequatur effectus: qui tamen iuxta posse nititur z conatur. apud deum z homines non solum excusatur: immo etiam cōmendat: sicut. ſ. de Josia rege dicit. ij. Esdre.j. q̄ ipse conabatur expugnare regem egypti. In bono tamē significato tā de niti q̄ de conari quasi nulle sunt auctoritates. In malo v̄o significato Visus z conatus in auctoritatibus plus abundant. Dic ergo q̄ mali nituntur z conantur semper ad malum. Ipsi enim nituntur

In concordes discordiam seminare.
In maiorum potentiam intentare.
Fidelem amiciciam enervare.
Simpliciū subam occupare.
Mendacē eloquētiam ventilare.
Hypocrisis fallaciam frequētare.
Egenorum iusticiam dissipare.
Sanctā matrē ecclesiam subiugare.

Dicam ergo q̄ mali conantur seu nituntur in concordes discordias seminare. Et sic de quolibz tali pōt dici illud Judic.ix. Approximans ostio ignem supponere nitebatur. Ignem dico discordie seu ire. Item nituntur in maiore annullare potentiam: sicut. ſ. Hester.xvj. dixit Assuerus de Amon: q̄ ipm de regno pellere nitebatur. Item nituntꝫ in amicis nō seruare fiduciam. Et sic dicit Job.vj. Super pupillum irruitis: z subuertere nitimini amicū vestrum. Item nituntꝫ simplicium occupare substantiā. vnde.ij. Paral.xx. Filij Amon: z moab: z mons seyr: nituntꝫ eijcere nos de possessione quā tradidisti nobis. Item nituntꝫ mendacem multiplicare facundiam Prouer.x. Qui nititur mendaciis hic pascit ventos. Item nituntur hypocrisis palliare fallaciam. Unde de stellione qui est vermis pulcris maculis z coloribus picturatus: z tamen est venenosus dicit Prouer.xxx. Stellio manibus nititur: z in domibus regum cōmoratur. Manibus eīm id est operib⁹ exterius apparētibus nituntꝫ tales picti z ficti domos regum ascendere: z p hypocrisim z fallaciam cum regibus officia ꝓcurare. De quo certe reprehendit hypocrita Hiere.ij. vbi dicit sic. Quid niteris bonam ostendere viam tuā ad querendam dilectionem: que insuper malicias docuisti vias tuas tē. Et sic ad hypocritam referatur illud Hiere.xlix. Qui habitas in cauernis petre: apprehendere niteris altitudinem collis. Item nituntur seu conantur egenorum dissipare seu suffocare iusticiam: sicut de illis pessimis dicitur Hester.x. q̄ conati sunt delere nomen iudeorum. Item cōnātur catholicam violare ecclesiam. sicut sc̄z Actuū.xxiij. Paulo imponebāt licet falso q̄ actor erat secte nazarenorum z q̄ templū violare conatus sit. Et hoc igit̄ de Niti z Conari sufficit. Unde supra de Innixi.

Nix. Nota q̄ nix habet naturaliter candidissimā pfectionē. Debilissimā durationē. Frigidissimā cōditionē. Et sic spūaliter loquēdo vim istas tres niuis ꝓprietates: Possumus dicere: q̄ nix in bono tria pōt generaliter designare. vicz

Perfectionē virtualem.
Possessionē tēpalem.
Afflictionem corpalem.

Primo dico. q̄ nix signat pfectionē v̄tualem. Nix enim habet colorē purissimum et mundissimū. z omni macule impmissimū. p qđ pōt mentis z corpis puritas z honestas designari. Quia vicz tanꝫ dz eē nitor puritaꝫ interi⁹ in intentione: q̄ nulla prorsus nigra macula cuiuscunq; debet ibi quomōlibet admisceri. vt sic dicat quilibet dealbat⁹ illud Psal. Asperges me dñe ysopo z mundabor: lauabis me z sup niuem dealbabor. Tantus etiā debet esse cādor honestatis exterius in cōuersatione: q̄ nulla macula inhonestatis debet apparere. vt ipe etiam sit filio angelo. De q̄ dicit Math.xxviij. Or aspectus eius erat sicut fulgur. vestimenta aūt eius cādida sicut Nix. Et z de quolibet viro pfecto exponat illud Daniel.vij. Antiquus dierū sedit: vestimentū eius vt Nix candidum. Tales eīm debēt esse antiqui p maturitatem. Debent sedere p mentis trāquillitatem. Debent etiam habere vestimentū conuersationis cādidum sicut nix per puram z honestam z nitidam conuersationem. Et figurabuntur in illo filio bois Apocal.j. qui habebat caput z capillos candidos tanq̄ lana: z alba tanq̄ nix. Quia videlicet nos nō debemus solum habere niueum seu album caput intentionis vel capillos affectionis sed etiam lanam conuersationis exteriozis. Et sic procul dubio per istam niueitatem v̄tualem dealbabimur taliter q̄ finaliter habebimus niueitatem glozie sempiterne. Et sic de nobis dicet illud psal. Niue dealbabunt in selmon. Sic igit̄ nix signat perfectionem v̄tualem. Scōo dico. q̄ nix signat possessionem tēpalem. Sicut enim videmus q̄ nix modico calore dissoluit: ita q̄ nihil de ea amplius reperit. Sic mundi bona faciliter pereunt: z valde modicum durant aut subsistunt. Ista vero solet esse q̄nq; bona q̄nq; mala. Bona: q; solet terras impinguare. Mala aūt: q; solet visum debilitare: z oculos congroꝫ in mari penitus excecare: q; sc̄z tpe magni niuis cōgri in mari ceci efficiunt: ita q̄ ad voluntatē piscatorū capiunt. Sic vere mūdi possessio vel ꝓsperitas solet q̄nq; facere bonū sc̄z illis qui bene vtunt z q̄ per elemosynas istam niuem alijs largiunt. Constat eīm q̄ exinde gratijs z v̄tutibus impinguant. Quia vere illi in scriptura cōmendant. Qui dant niuē sicut lanā: nebulam sicut cinerē spargunt. Quādoq; etiā solet facere malū. z hoc solū illis q̄ illa male vtunt: et q̄ in aspectu huius niuis delectant. Sepe eīm fit q̄ ipos excecat p patīm: z finaliter destruet p tormentū. Congri eīm. i. delicioli tūc lumine gratie priuant: z a piscatoribus. i. a demonibus capiunt: qñ in mari huius mundi niue ꝓsperitatis nimium ꝓfundant. Un potest dici de dyabolo illud ij. Reguz.iij. Or ipe percussit leonem id est peccatorem in medio cisterne in diebus niuis. Signat ergo possessionem tēporalem. Tercio dico. q̄ signat afflictionem corporalem. Nix enim que sua frigiditate ledit mēbra: signat tribulationem z penitentiam que nos ledunt corporaliter z affligunt. Et sicut niues in altis montibus solent amplius abundare: sic in altis z sanctis viris solet nix tribulationis et penitentie amplior apparere Hieremie.xviij. Nūquid de petra agri deficiet nix lybani. q. d. non. Et ista nix habet virtutē purificatiuam animarum. sicut dicebat Job.ix. Si lotus fuero quasi aquis niuis: z fulserint velut mundissime manus mee. Et sic igitur patet quomodo triplex nix accipitur in bono. In malo v̄o per niuem potest intelligi hypocrisis simulatio decepciua z infernalis tribulatio afflictiua. Signat ergo nix vicium extreme simulationis. Quia sicut nix operit z contegit viarum z paludū fetitates: ita q̄ locus qui nive cooperitur q̄uis sit lutosus et periculosus: non tamen cognoscitur: non cauetur. Sic nix hypocrisis exteriozis: solet i malis feces animi taliter tegere z velare. q̄ homo non potest eos agnoscere nec cauere. Figurati Numeri.xij. in maria sorore moysi: que cum ꝓpter murmur facta esset leprosa: facta est alba vt nix. Quia regulariter talis albedo nivea: erat antiquitus signū lepre. Quia vere sepe fit q̄ illi qui niue exteriozis conuersationis amplius dealbant magis leprosi. i. magis peccatores interi⁹ dinoscuntur. Unde de giezi dicitur. iiij. Regū.v. Or egressus est leprosus quasi nix. Item signat nix supplicium et tribulationis. Et sic sumit Job.xxiij. vbi de peccatoribus loquens dicit. Or ad nimiū calorem trāsibunt ab aq̄s niuium. Un in psal. dicit. q̄ ignis: grando: nix: glacies: spiritus procellarum pars calicis eorum. Unde eam supra de igne vel de Glacie.

